c

9

SPECIMEN JURIDICUM,

De

NEFANDO LAMIARUM CUM DIABOLO COITU,

Von der Hexen schändlichen Beyschlaff mit dem bösen Feind /

In quo abstrusissima hæc materia dilucidè explicatur, quæstiones inde emergentes curatè resolvuntur, variisque non injucundis exemplis illustrantur,

publicâ luce donatum

à

JOHANNE HENRICO POTT.
Phil. & U. J.D. necnon Regim. Saxo-Jenensis Adv. Ord.

JENÆ,
Prostat apud Tobiam Oehrlingium, 1689.

PRÆFATIO.
ad Lectorem Benivolum.

INter acerbissimas calamitates, ærumnas, miserias ac infinitas afflictiones quibus miser mortalis spiritum dum ducit variè affligitur, minima sanè non est, quod in hac lacrymarum valle, non solum cum carne & sanguine, sed & cum seculi hujus tenebrarumque domino h. e. cum ipso Diabolo pugnare nunquam non necessum habeat. Nonne enim mille hic artifex mille dolis, mille technis, ac artibus nocendi saluti nostræ insidias struit, ita ut quamvis aliquoties repellatur, pugnam tamen sæpissimè instauret? Nonne ad omnis generis scelera homines alliciendo, eis iram Dei vindictamque divinam conciliare indesinenter studet? Ut rectè vivis coloribus depravatam ejus naturam depingat Augustinus *Sermon. commun. serm.* 4. h. m. *Quid pravius, quid malignius, quidve adversario nostro nequius? qui posuit in cœlo bellum, in Paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere Zizania seminavit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignaviam, in conversatione invidiam, in gubernatione avaritiam —— in ore posuit locutiones falsas, in membris operationes iniquas. In vigilando movet ad prava opera in dormiendo ad somnia turpia, latos movet ad dissolutionem, tristes ad desperationem: Sed ut brevius loquar omnia mundi mala sunt ipsius pravitati commissa.* Cum quibus concordant ea, quæ de insidiis Satanæ Poeta quidam Christianus in sequenti canit carmine.

Et tempestates, incendia, seditiones,
Bella, famem, pestem, diri genus omne tumultus,
Et varios morbos varia infortunia rerum.
Naufragia, & mentes discordes, horrida vitæ
Exempla, & casus tragicos & cuncta pericla
Incitat & cumulat Satanas, afflatque furorem
Iste facit, videt auscultat, movet omnia dira,

Promptus ad exitium nostrum, vi, fraude dolisque
Arte valet, valet insidiis, & robore & astu
Nemo sua poterit virtute resistere tanto
Hosti, divino fultus nisi robore præstet.

Et quem fugit infinita extare exempla, indefessas Satanæ insidias perspicuè ac clarè nobis ob oculos ponentia. Ex Godelm. *de Magis lib. 1. cap. 1. n. 6. & seqq.* spectat hùc sequens, quod hisce refert verbis. Joachimo I. Electori Brandenburgico nupta fuit Joannis Daniæ, Sveciæ & Norwegiæ Regis filia Elisabetha, cui ut alimenta se mortuo Regina haberet, oppidum Spandaco ad Svevi & Haveli fl. confluentem maritus attribuit, in quo oppido ipsa adhuc vivente, miles quidam per Marchiam iter faciens, cum morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam, hospitæ asservandam. Post aliquot dies, cum conconvalescit repetit saccum. Mulier avara cum ægrè tantam prædam amitteret, deliberat cum viro utrum reddere debeat. Ineunt consilium ut mulier neget depositum. Quare cum miles suum repeteret, illa confidenter negat se quidquam accepisse, simulat se mirari impudentiam militis, qui ausit flagitare, cum nihil dederit adservandum. Miles indignitate rei motus, objicit hospitæ vicissim perfidiam. Quare maritus tanquam defensurus suam conjugem, extrudit militem domo, is ante fores irritatus scelere hospitæ, stringit gladium veluti impetum facturus in virum & ferit januam. Hospes implorat fidem vicinorum, & queritur suas ædes oppugnari, accurrunt lictores & militem quod vim publicam fecisset abducunt in carcerem. Post aliquot dies senatus oppidi aliò mittit narrationem facti & sententiam perscribi petit. Constabat ædes publicè oppugnatas esse. Quare fertur sententia ut miles ultimo supplicio afficiatur. Cumque jam instaret dies judicii venit diabolus in carcerem ad captivum, indicans ei quam sententiam judices laturi sint & pollicetur se hoc periculo eum liberaturum esse, hac conditione, ut se Diabolo dedat. Miles constanter respondet se potius moriturum

turum esse quamvis sit innocens. Cum verò Diabolus verbis multis exaggerasset periculum, nec tamen flexisset militis animum, tandem pollicetur ei liberationem sine ulla conditione. Et, *cum veneris*, inquit, *in judicium dic te imperitum esse forensium negotiorum, & patrono indigere, ibi astabo cœruleo pileo tectus & ornato pennis. Pete igitur, ut me jubeant causam dicere.* Miles qui hoc sine impietate facturus videbatur, ait se hoc consilio usurum esse. Postridie in judicium ducitur, adest etiam orator tectus cœruleo pileo: ibi cum actor peteret, militem propter vim publicam capitali supplicio affici, miles respondit se imperitum forensium negotiorum petere, ut liceat isti suo advocato pro se dicere; concedunt judices. Ibi Diabolus de jure eruditè disputat, non esse capitali supplicio afficiendum eum, à quo non sit ortum rixæ & tumultus initium, ait ab hospite militem vi extrusum & spoliatum esse, jubet quæri saccum & locum monstrat. Ibi cum hospes vehementer negaret, addens etiam diras imprecationes, *ut ipsum abreptum Diabolus perderet si fecisset.* Hanc imprecationem cum invocatione Diaboli cum aliquoties repetivisset, ibi causidicus omissa jam disputatione forensi adoritur hospitem, & comprehensum per fenestras & medium forum omnibus perhorrescentibus cum fragore abducit, nec postea unquam corpus hospitis inventum est. Hactenus ille. Viden infinitam ac inexaturabilem esse, & semper fuisse Satanæ aviditatem & nocendi libidinem, ut hinc eò magis timendus, quo majori pollet facultate, cum verè in eum quadret carmen de Alecto Maronianum;

—— Tibi nomina mille
Mille nocendi artes.

Et illud Cypriani *lib. 1. Epist. 5. p. 34. Vitate linguam Diaboli venenatam, qui ab initio mundi fallax semper & mendax, mentitur ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, vitam pollicetur, ut perimat, pacem pollicetur, ne perveniri possit ad pacem, salutem promittit, ne, cui promittit veniat ad salutem.* Novit enim mille hic artifex varias ostentare

 for-

formas, inania idola mira arte conformare, visus organum turbare, oculos perstringere, falsa pro veris singulari dexteritate ne agnoscantur proponere, quæ verè sunt ut non appareant, velare: & quæ reverà non existunt, ut esse appareant exhibere: Se in mille species transformare, Proteumque agere, & ut canit Poeta 4. *Georg.*

Tum variæ illudunt species atque ora ferarum
Fiet enim subitò sus horridus, atraque tygris,
Squammosusque draco, & fulva cervice leæna
Aut acrem flammis sonitum dabit:
Omnia transformans sese in miracula rerum
Ignemque horribilemque feram fluviumque liquentem,

Novit veterator hic hominum mentes multifariis phantasmatum ludibriis vitiare, vigilantes perturbare, dormientes in somniis terrere, peregrinantes à recto itinere seducere, errantes ridere, alios errore concutere, multos labyrinthis opinionum inextricabilibus implicare & innectere, tetriora mala plerumque boni specie tegere & veritatis confessione in suam illcere nassam graviusque fallere. Sic Friburgi venit aliquando Diabolus humana specie ad ægrotum decumbentem in lecto, testante paulò ante laudato Godelm *l. c. p. m.* 25. afferens librum, desiderans ut ægrotus sua quorum recordaretur, enumeraret peccata, se enim illa annotaturum. Ægrotus initio territus, & tamen animum recipiens, respondit; *Benè, dictabo tibi ordine peccata mea, sed titulum præfige illis hunc in modum: Semen mulieris conculcabit caput serpentis*: Quæ audiens Diabolus evasit, erupit, pessimumque post se reliquit fœtorem. Quod si verò non vocatus sæpissimè statim adesse solet Diabolus quid mirum eum vocatum confestim comparere, citantibusque multum facessere negotii? Narratur de nobili sequens historia, quam quia ad Rhombum facere videtur, huc transcribere non piget. Hic cum invitasset convivas, & hora convivii jam instante & facto apparatu spe frustratus esset, excusantibus se convivis cur non se sisterent, iratus prorupit in hæc verba: *Si nemo hominum mecum esse*

potest

potest veniant omnes dæmones: quibus dictis domo egreditur templumq; visitat, ibiq; concionatori ut iracundiam concoquat aliquandiu aures præbet patulas. Dum verò in templo moratur, accedunt equites, petuntque domum nobilis, jubentes servum ut dominum advocet, eique significet, præsentes esse hospites. Servus perterritus abit in templum, indicatque hæc domino suo, qui anceps hærens Concionatoris implorat opem, ejusque quærit consilium. Hic abrumpens concionem, hoc suppeditat consilii, ut tota familia exeat domo, quod dum exeqvuntur, fortè obliti infantem in cunis jacentem & dormientem secum non auferunt. Dæmones incipiunt comessari & vociferari, prospicereque per fenestras formis ursorum, luporum, felium & hominum & monstrare pocula vino repleta assaturas & alia hujus generis esculenta. Vicini, nobilis, pastor & alii hæc videntes maximo cum gemitu in hæc prorumpit verba parens. *Ah, ubi infans meus?* Sed vix hæc cum finiverat verba nobilis unus ex Dæmonib9 ulnis suis infantem ad fenestram portat, parentibus quasi ostensurus. Nobilis prorsus horrore percussus, deque incolumitate infantis admodum solicitus à fido quodam, quem alebat servo consilium petit, qui imperterrito animo domino hæc respondet. *Commendabo & committam vitam meam Domino, & in nomino Domini ingrediar, & ut infantem auferam auxilio & beneficio DEI videbo.* Id quod & sat felici præstitit successu. Accepta enim benedictione à prædicatore & reliquis præsentibus, DEO se commendat, fortique animo aperit januam, sed dæmones horribili specie sedentes, stantes, obambulantes, serpentes & uno impetu ad se accurrentes vociferantesque; *Hui, Hui, tu quid affers, quid tibi hic negotii:* conspicitur. Divinitus verò confirmatus eum inter dæmones, qui infantem gestabat alloquitur, & ab eo infantem ut reddat, poscit, quod dum facere recusat infantem amplectitur minasq; Diabolicas floccipendens abit patrique nobli incolumem filiolum restituit. Nonne & hoc exemplum nos de corrupta dæmonum natura, deque

insigni

insigni eorum quo miseros mortales prosequuntur odio certiores reddit? Nonne nos dubitare non sinit verum esse quod de insidiis ejus supra attulimus? Nonne nobilis hic (si vera est historia quod hâc vice præsupponimus, miserè periisset nisi singulari Dei beneficio è faucibus cacodæmonis fuisset ereptus? Ast non omnibus hunc vel alium in modum Deus succurrit, sed potiùs dæmoni cui se pacto vel expresso vel tacito dederunt, cujusque clientelæ ac fidei se commiserunt, permittit ut miserè eos perdat, inque æternum secum trahat exitium. *Oportet enim*, inquit Autor quidam, *oportet ut impiæ illæ nugæ semper perniciem adferant suis cultoribus, quibus profectò qui maximè confidunt, maximè omnium redduntur infelicissimi, percurrat aliquis si lubet infidelium hominum seriem & gentilium historias, videbit quid lucrati sint, nonne omnes perierunt in peccatis suis?* Sed hisce omnibus non attentis dari tantæ impietatis homines, etiam in cœtu Christianorum, qui hæc omnia flocci pendere, cum infensissimo hoc gentis humanæ hoste familiariter consuescere, impuram ac detestandam cum eo exercere libidinem, seque in æternum ei mancipare non vereantur, certum est. Etenim

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Imprimis verò versutissimus hic hostis mille nocendi artibus instructus, nullum non movet lapidem ut infirmas mulierculas decipiat, sicque à Deo separet, sibi verò fide & amore jungat. De his cum in præsentibus rudi Minerva ductis agatur lineolis, laborem hunc ut æqui bonique Lector candidus consulere velit, etiam atque etiam rogo.



CAPUT I.

CAPUT I.

De

Terminorum Expositione.

COMPENDIA.

1. *Ingressus.*
Lamiarum unde descendat nomen.
2. *Ejus synonymia.*
3. *definiuntur lamiæ.*
4 *Examinatur definitio & tria sagarum proponuntur genera.*
5. *describitur Diabolus, ejusque traditur etymon.*
Dæmonis nomen inter vocabula μέσα reponitur.
6. *Coitus quid hic denotet.*
7. *Inscriptio Dissertationis examinatur.*
An & masculi cum Diabolo concumbant, qu.? Aff.
Diabolus modo incubum modo succubam agit.
8. *Sunt qui negant dari lamias, quique statuunt conbubitum cum Dæmone phantasticum esse.*

§. I.

CUm vocabulorum seu terminorum enodationem negligentes in magnam rerum incidere soleant confusionem *l. 5. C. de legit. tut.* operæ pretium me facturum esse arbitror, si, quid vocabulis rubricæ loco positis significetur in frontispicio statim monuerim. Unde igitur lamiarum descendat nomen non una criticorum est sententia. Etenim sunt qui illud à verbo LANIO, IARE, eò quòd lamiæ scindant ac dilanient, derivant, quorum tamen sententia multum à veritatis aberrat tramite. His jungantur illi, qui vocabulum hoc Græcum esse putant & descendere à voce λαμὸς, quæ ingluviem significat, cum potiùs derivetur à vocabulo λαμία, λαμίαι, quod fuit nomen Velli & Libiæ filiæ, formosæ & insignis veneficæ, cujus Horatius meminit in *Art. poët. p. m. 280.*

Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.

Ab hac muliere sequentibus temporibus lemures omnes, spectra & phantasmata Dæmonum lamiæ sunt appellatæ, ratione appellationis inde desumta, quod utplurimum sub specie formosarum puellarum hominibus apparuerint, ut juvenes in sui amorem allicerent, sicque eos miserè perderent. Ut ut verò nostræ ætatis sagis harum lamiarum denominatio non per omnia quadret, quia tamen illæ cum dæmonibus convivantur, negotiantur, & plerumque execrandam exercent libidinem aliosque actus peragunt, hinc secundum similitudinem, quam cum antiquis habent lamiis, rectè hoc vocabulo sunt insignitæ. Thom. Erastus *de Lamiis*.

§. 2. Dicuntur autem alias *sagæ* à sagiendo, quia tempestates futuras notare & ventum prædicere posse creduntur. *Striges*, à strigibus, avibus nocturnis & infaustis de quibus Ovid. *Fast. 6.*

Nocte volant, puerosq; petunt nutricis egentes.

Veneficæ, quia non solùm nefariis carminibus, diris imprecationibus immundorum spirituum immissione, sed & pharmacis à Diabolo præparatis in perniciem ac necem pecudum & hominum utuntur. *Carpz. Pr. Crim. p. 1. q. 48. n. 8.* In vernacula nostra vocantur Hexen/ Zauberinnen/ Wettermacherinnen/ Töchter deß Donners ut sevocant Unholden/ quasi ohne Huld/ Gabelreuterinnen à furcis quibus inequitare, & per aëra in peregrina loca deferri solent, Thummius *tr. de sagar. impiet.* &c. *quæst. 2. n. 3*, vocantur etiam quibusdam in locis Trutten auch Wickhexsen/ von Sächsischen Wicken/ quod idem est ac wahrsagen. Sunt qui putant dici Hexen à Regina quadam Amazonum. Aventinus *lib. 1.* Zeillerus *in Tragic. Histor. fol. 85.* vid. Besold. *in aureo suo Thesauro Pract. voc.* ohne Huld/ quamvis notante prælaudato Carpz. *l. c. n. 9.* Dd. promiscuè & indistinctè vocent lamias, præstigiatrices &c.

§. 3. Definit eas idem Autor *l. c. n. 7. b. m.* Lamiæ sunt, quæ tempestates & tonitrua excitant/ hominum & pecudum internecioni & exitio student; itemque conventus seu syna-

gogas

gogas diabolicas, ad quas in furca, baculis aut scopis feruntur, visitant, & cum ipso dæmone nefandam exercent libidinem. Aliam lamiarum descriptionem suppeditat cit. Thummius *d. tr. q. 2. n. 5.* quæ sequenti se habet modo. *Lamiæ sunt quæ scienter prudenter viva videntesq; à Deo deficiscunt, fidem Christianam, Baptismaq; sacrum negantes idq; non vulgari & momentanea ad diabolum transitione, qualis evenit, quoties humana imbecillitate in vitium quoddam regnans labimur, sed quadam conceptis verbis mancipatione seu pacto prius inito, corporis animiq; in jus proprietatis, perpetuumq; officium & obsequium traditione, ut ope diabolica freti scelerutam artem exercere, mira præstare, hominibus, jumentis & terræ nascentibus damna inferre, ipsæ verò omni generis carnis voluptatibus, nocturno imprimis conventu perfrui valeant.*

§. 4. Sed an hæ lamiarum definitiones omnibus earum competant speciebus non immeritò quis in dubium vocaret. Etenim tria dari sagarum genera communis DD. est sententia. Ex his *primum* est earum, quæ cum melancholia præditæ sint, à diabolo solùm sic fascinantur ac decipiuntur, ut fœdus tesseramque cum eo iniisse, variaque effecisse videantur, cum tamen hæc vitia mera sint imaginationis ludibria. *Secundum* genus est earũ, quæ verè cum diabolo fœdus feriunt in lubrico humanæ fragilitatis constitutæ, quas tamen in nullo nocendi genere devotas addictasq; diabolus habet. *Tertium* deniq; genus est earum, quæ ex proæresi & malo proposito per expressum pactum societatem cum diabilo constituunt, aliis hominibus damna inferunt, & corpus animamque suam immundo huic spiritui in totum mancipant fœdissimamque cum eo exercent libidinem. Satius igitur putamus facere eos, qui quot modis dicantur sagæ, quotque earum genera sint potius recensent, quam qui universali & omnibus numeris perfecta definitione sagarum in genere essentiam exponere satagunt.

§. 5. Hactenus igitur de Lamiis: Quid verò per Diabolum hic intelligamus, facilè est etiam absque prolixa expli-

plicatione consequi, cum unicuique notum sit venire hac appellatione spiritum illum immundum, qui propter nimiam superbiam à Deo è loco beatorum dejectus, æternis reservatur cruciatibus, hominibus verò nunquàm non exitiales struit insidias, ut eos secum omnibus miseriis faciat participes. *1. Petr. cap. 5. v. 8.* ubi dicitur: sobrii estote, vigilate, nam adversarius vester Diabolus, ut leo rugiens obambulat, quærens quem desorbeat. Vocatur alio nomine Dæmon, à vocabulo Græco, ἀπὸ τοῦ δαμίειν. Aug. *lib. 9. de Civ. Dei.* quanquam vocabulum hoc eorum compleat catalogum quæ μέσα vulgò dici solent, cum Dæmon alius sit bonus, alius malus, qui demum Diabolus audit. Absolutè tamen vocabulum hoc positum in mala sumitur significatione, denotatque spiritum malum; sed cum hæc trita atque vulgaria sint, sufficiat nobis summis ea attigisse digitis.

§. 6. Per coitum denique hic non conventum lamiarum cum Diabolo in monte Bructerorum de quo latè *Chiriland.* in *tr. de sortil. qu. 7. n. 1. & seqq. Dana de sortiar. cap. 13.* Bodin. *Lib. 2. Dæmon. cap. 4.* aliique quamplurimi, quos magno numero allegat Papinianus ille Saxonicus Carpz. *Pr. Crim. p. 1. qu. 48. n. 57.* sed carnalem mixtionem seu copulationem lamiarum cum immundo hoc spiritu significamus. Denotare enim vocem hanc propriè sumtam carnalem commixtionem, quam homo ex facultate animæ sensitivæ suscipit testatur quoque summus Philosophiæ Doctor Arist. *de generat. animal. lib. 2. c. 1.* & consentit Imp. noster *in Nov. 2. c. 3. circa med.* Dicitur alias commixtio, permixtio, congressus Germ. Ein fleischlich zusammen halten.

§. 7. Inscripsimus verò hanc dissertationem de *nefando lamiarum cum Diabolo coitu*, non quod eo ipso excludamus magorum cum malo hoc Dæmone permixtionem, etenim testantur passim non solum historiæ, sed & experientia optima rerum magistra idem docet, & masculos quosdam in eam incidere turpitudinem, ut à turpi hac venere non abhorruerint. Imò quid notius, quam Diabolum modo incubum, modo

modo succubam, ut scholæ loqui amant, agere. Quoniam verò peccatum hoc magis familiare est infirmis mulierculis, utpotè quibus maximè insidiatur Diabolus, quasve facilius propter infirmitatem & imbecillitatem, qua præditæ sunt decipere valet, à potiori hinc rubrum Dissertationis desumere placuit.

§. 8. Antequam verò horrendi hujus congressus & detestandæ veneris definitionem tradamus, non ab re erit, quæstionem an detur talis coitus? præmittere, etenim dantur haud pauci, qui non solum contra S.S. contra jus Can. atq; Civ. imò contra experientiam ipsam, in rerum natura non dari sagas, inprimis verò in Christianorum cœtu, quam acerrimè defendunt qua de re consulatur Joh. Wier. *in tr. de præstig. Dæmon. lib. 3. cap. 11. & 12.* Joh. Georg. Gödelm. *in tr. de Magis, Venef. & Lamiis lib. 2. c. 4. n. 15.* Theodorus Thummius *in tr. Theolog. De sagarum impiet. nocendi imbecill. & pœna gravitate quæst. 1.* sed & nullo modo lamias cum Dæmone fœdus inire, Deoque abnegando & salvatore suo Diaboli ministerio contra Deum se directè mancipare, affirmant, imò concubitum quoque Sataticum merum somnium, imaginationem melancholicam vel ad minimum non verum, sed illusorium saltem esse, contendunt.

CAPUT II.

Tractans Quæst:

An detur coitus lamiarum cum Dæmone?

COMPENDIA.

1. *Non dari coitum cum Diabolo multi defendunt.*
2. *Imprimis cum impugnat Thummius* tr. de Sagarũ impietate *&c. Cujus adducuntur rationes tres.*
3. *Affirmativa sententia præfertur & probatur rationibus. Harum* prima *est, quod spurcities hæc natura Diaboli, ut qui spiritus fornicationis non repugnet.*

§. I.

NEgativam hujus quæstionis sententiam quam plurimos invenire patronos extra omnem positum est controversiæ aleam, allegatque eos ex parte Carpz. *Pr. Crim. d. p. 2. q. 29. n. 31.* quos inter reperitur quoque Nic. Jaquerius in *Flagel. haret. cap. 2.* qui hæc habet: *Frequenter contingit hominibus dormientibus, interius fieri repræsentationes quarundam rerum, quas tunc ita existimant se facere, quas tamen realiter non faciunt, vel habere, quas non habent, sed hoc duntaxat somniant.* Quibus similia leguntur apud Joh. Fich. cons. III. Es ist unglaublich/lauter Gespenst und Träume von der Weiber leiblichen Vermischung mit den bösen Geistern unangesehen/daß die inquisitores hæreticæ pravitatis ihres eigenen Nutzens halber / und andere solchen Unglauben durch viel erdichtete und glaubwürdige Exempel/wie dieselbe in malleo maleficarum D. Chrilandi und andern mehr / so an dem Pabsthumb hangen/gefunden werden / hefftig gestärcket und so viel als glaublich gemacht haben/ auch wider alle Vernunfft und natürlichen Verstand &c.

§. 2. Inprimis verò negativam hanc quam acerrimè multis propugnare nititur rationibus supra laudatus Thummius *d. tr. qu. 4, p. 35. quæ sunt sequentes,* 1. *Quia congressus hi: merè ex mente læsa imaginarius & phantasticus, quemadmodum & iste, qui per quietem libidine diffluentibus objicitur.* 2. *Quoniam ipsæ sagæ fatentur, se nescire, quid secum agatur,*

ipsum coitum vel potius venerei actus ludibrium injucundum, & consveta libidinis ac voluptatis planè expertem esse. 3 Quia Dæmones ut & boni Angeli qui non nubunt Matth. 21. v. 30. *nullis venerearum libidinum illecebris trahuntur nec ullam cum hominibus habent consvetudinem, cum Deus eos stimulos ad sobolem & propagationem, cujus Dæmones nil sunt indigentes, quippè stabili & certo numero creati, adhibuerit. 4. Sacer Codex omnem Satanæ malitiam detexit, de hac verò Dæmonis consuetudine cum homine ne apicem quidem exaratum habet.* Ex quibus deniqúe infert ac concludit, concubitum hunc eo usque imaginarium esse ac manere, donec Diabolus ejusdem farinæ virum veneficum sc. substituat inque substitutione ista & veneficum & sagam fascinando dementet quasi ille cum succuba hæc verò cum incubo congrediendo rem habuisset.

§. 3. Sed cum affirmativa magis arrideat opinio, antequam allatis contrariis rationibus satisfaciam pro ratione instituti mei hanc meam sententiam in antecessum paucis confirmo. *Primo* igitur negotium hoc naturæ Diaboli prorsus non repugnat, ut potè cum ex sacris literis constet *Osea: cap. 4. v. 12.* illum esse spiritum fornicationis & spurcitiæ. Hinc non solum per luxuriæ vitium, utpote ad quod hominis naturam ita propensam novit, ut magnetem ad ferrum, corporisq; voluptates, hominibus in genere insidiatur, eosve à Deo vero abducere conatur, ut eos in idem, in quio ipse constitutus est, secum abripiat præcipitium, in Dei videlicet indignationem atque iram, sed & cum sagis initium consuetudinis à turpi hac venere ut plurimum sumere solet. Sic narrat Strozzius Cicogna *in tr. magiæ omnifariæ part. 1. lib. 3. c. 10. p. m. 421.* juvenem quendam sedecim circiter annorum monachi è suo conventu fratrem malum spiritum ita assiduè secutum, ut vix momento ab eo abfuerit, jam famuli, jam pædagogi, jam alius assumta persona, additque, spiritum hunc non solùm à juvene hoc, quem multum amare se fingebat, sed & ab aliis domesticis frequenter conspectum. Idem recenset A. M.D. LXXIX. Bononiæ spiritum malignum se ostendisse, eumque

an-

ancillæ juvenculæ amore ita captum, ut continuum se dictæ juvenculæ præbuerit comitem: Quod verò ut plurimum conversationem ac turpissimam consuetudinem cum Lamiis, à nefandissimo libidinis exercitio incipere soleat Diabolus, id ipsum non parum confirmant sagarum ac lamiarum confessiones benè multæ, perhibentium eum in forma egregii alicujus amatoris, plumis ornatum iis comparuisse, utque secum rem veneream exercerent, precibus efflagitasse. Facit huc sequens præjudicium cujus meminit Carpz. *d. p. 1. q. 50. n. 64. p. 333.* Ist die gefangene W. V. A. nachgelassene Wittib von einen Weibe die Michaelische genant / so vor wenig Tagen zu Gröpzick verbrennt bezüchtiget worden / daß sie mit dem Elben umbgehen können etc. Und als ihr sie ferner durch Richter und Schöppen befragen lassen von wem sie die Elben hätte / hat sie selber freywillig bekant / daß sie vor dreyen Jahren auff den Anger vor Biendorff der Gänse gehütet hätte / da wär der Teufel in eines Mannes gestalt / in einem schwartzen Rock bekleidet / zu ihr kommen / der hätte ihr angemuthet / sie solle bey ihm schlaffen / darauff hätte sie geantwortet / was er an ihr ersehen / oder er theil an ihr hätte. Als er aber ferner bey ihr angehalten / hätte sie sich nieder geleget / und also seines Willens gepflogen. &c. Similis farinæ est illud, quod habet idem *d. l. p. 340.*

§. 4. *Secundo* nullum est dubium, testaturque experientia optima rerum magistra dari tantæ impietatis homines, qui non vereantur expressum cum Diabolo ferire fœdus seque ei in totum mancipare. Faciunt hoc illi, qui Diabolo homagium, obsequium & observantiam promittunt, seque ipsi tam quoad animam quàm quoad corpus tradunt, abjiciendo eo ipso fidem Christianam, rescindendo fœdus baptismi, sæpius etiam desuper chirographum proprio sanguine conficiendo. Ex hoc pacto oritur præsumtio concubitus satanici, rarius enim absque fœdere præmisso hanc nefandam libidinem locum invenire notat Carpz. *Pr. Crim. p. 1. q. 49. num. 17.*

add.

add. Klammerus in Promtuario J. Civ. ac Feud. *tit. 45. de pæn. malef. pag. m. 714. n. 5.*

§. 5. *Tertiò* certum est & unanimi corroboratur Theologorum æquè ac JCtorum opinione, quod etsi Dæmon vera carne, & genuino humano destituatur corpore, posse eum tamen corpus sibi circumdare, idque vel mortui cadaver, vel ex vaporibus, ut puta aëre, terra & aqua concretis, densatisque molem, quæ & videri & palpari possit. Hac de re Ludwig. Elich in sua Dæmono-magia q. 15. p m. 186. ita scribit. *Potest Dæmon insinuare se in cadaver defuncti alicujus, illud gestare, movere & alia facere, omniaq; viventis opera æmulari ad tempus, ex quibus videatur vivere, quod magi ex pacto per superiores Dæmones inferiores sæpissimè cogunt ita moliri & efficere, ut ingressus, gestus, motus ad vivum repræsentent, edant, bibant, ludant, gaudeant genialiter vivant veneremq; exerceant. Huc facit, pergit idem Autor, Citharista Bononiensis historia admirabilis, quam habet Peucer de Divin. Generat. p. 14. Et de clerico illo supra humanam sortem vocis suavitate excellente.* Concordant ea, quæ habet Lambertus Danæus *in Ethica Christiana lib. 2. cap. 14. Septimo deniq; loco, ait, quæsitum est, de dæmonibus, utrum cum iis conjungi copularíq; prohibeantur homines & fæminæ? Et dubitant quidam, utrum id fieri & accidere possit, qui si legerint, quæ scribit Augustinus in lib. de Civ. Dei de Dæmonibus & eorum natura, & ut queant pati, idemq; quod omnes admittunt, Dæmonum alios esse incubos alios succubos, certè fatebuntur, id esse verum, & sæpè mulieres maleficas cum Dæmonibus coiisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse ex earum confessione scimus. Illi enim ad tempus induunt corpora & aëris impulsu potest excitari titillatio, jucundusque aliquis in coitione sensus, qui reipsa concumbentes cum illis delectet.* Habet verò hæc Augustinus lib. 15. cap. 23, verbaq; ejus hæc sunt. Creberrima, ait, fama est, multiq;, se expertos vel ab aliis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audivisse confirmant, Sylvanos & Faunos, quos vulgò incubos vocant, improbis sæpè extitisse mulieribus &

 earum

earum appetivisse & peregisse concubitus, & quosdam Dæmones hanc immunditiem assiduè tentare & efficere &c. Hæc ille.

§. 6. Accedit *quarto*, quod sagæ in confessionibus suis multoties fateantur, partus à se ex concubitu Diabolico procreatos, fuisse instar vermium, quibus postmodum hominibus nocuerint, immissis eis per fascinationem in crura, brachia, aliave hominum membra. Sed cum de his infra erit dicendi locus, ubi de effectu concubitus satanici agam, hæc h. l. sicco lubet præterire pede. Quoniam verò ex his affirmativæ sententiæ (quam rectè communem dicere possum, cum omnium Dd. Theologorum æquè ac JCtorum communi recepta sit calculo. vid. Frid Balduin. *in casibus conscientiæ lib. 3. cap. 5. c. 4. f. 13. p. 761.*) veritas satis superque elucescit, rationes pro contraria opinione anteà allatas paucis nunc perlustrabo.

§ 7. Ex his primò posita erat loco concubitum hunc propterea esse fictitium, *quia merè ex mente læsa imaginarius & phantasticus est.* Verum quis non videt rationem hanc directò petere id, quod est in principio quæsitum: nam an congressus hic sit fictitius nec ne, præcisè hic in quæstionem venit, inde qui negativam hujus quæstionis arripit opinionem, minus rectè concludit, congressum cum Diabolo non dari, quia merè ex mente læsa imaginarius & phantasticus est, sed hoc vel autoritate summorum virorum, vel accuratis probandum erat rationibus. Sicuti enim qui affirmativam tenet sententiam insulsè admodum ita colligit: congressus lamiarum cum Diabolo non est fictitius sed verus quia non est phantasticus & imaginarius; ita quoque vice versa contrarium simili modo concludi nequit: Refert quidem supra laudatus Strozzius Zigogna *lib. de spir. & incantat. 3. pag. 298.* Henricum Institorem & Jacobum Sprengerum, qui à Papa Innocentio IIX. cum ampla autoritate ad magos & veneficas per Germaniam extirpandas electi fuerunt, affirmasse, quamplurimas visas fuisse sagas in tergum prostratas, prono ventre membra tanquam in actu

venereo

venereo moventes, ſpiritusque illos ſuos incubos viſibiles eſſe perſvaſum habuiſſe, à circumſtantibus verò nil viſum quam expletô actu vaporem teterrimum hominis magnitudine à veneficæ corpore quaſi evolantem. Et addit ulterius eosdem tanquàm veriſſimum retuliſſe, maritos nonnullos ejusmodi ſpirituum, quos homines exiſtimabant, cum uxoribus ſuis concubitum videntes, arma arripuiſſe, ſed diſparentibus incubis ludibrio habitos & à mulieribus acerbè irriſos eſſe. Verum & hæc ipſa exempla veritatem noſtræ ſententiæ quoddammodo confirmant, ut ut corpora iſta aſſumta ab adſtantibus conſpici haud potuerint: Etenim abſurdum planè non eſt Diabolum in corpore aſſumto non ab omnibus conſpici, cum quorundam oculos, Deo permittente, ita conſtringere valeat, ut non omnia videre poſſint. Sic refert Ulricus Molitor *Dial. de Lam. & mulier. Pythor.* Legi in Hiſtoria S. Bernhardi, quod Dæmon ſeu Incubus pluribus annis cum quadam muliere execrandam exercuerit libidinem, marito mulieris in eodem lecto condormiente, nefas tamen hoc ignorante. Similem caſum habet Carpz. *loc. cit.* Minimè verò gentium exinde ſequitur congreſſum hunc eſſe fictitium, imaginarium & merè phantaſticum, cum ipſe laudatus Autor certum eſſe ſtatuat poſſe ſpiritus corpus materiale atque elementare, ejus poteſtatis, quam in res materiales habent, beneficio, aſſumere. Hoc verò ultrò largimur corpus illud in quo Diabolus apparet, non eſſe verum naturale corpus, ſed ſolum inſtrumentum ab eo ad actiones ipſius fabricatum & tanquam ſignum vel indicium ad præſentiam ſignificandam, imò tanquam veſtimentum ad amiciendum.

§. 8. Sed nec ſecunda ratio firmo ſtat talo, cum ex plurimarum ſagarum confeſſione conſtet eas benè ſciviſſe quid ſecum actum fuerit; Imò fuêre quæ faſſæ ſunt ſe voluptatem quandam ex nefando hoc coitu ſenſiſſe. Illud ſequens confirmabit reſponſum quod habet Carpz. *loc. cit. n. 29.* Hat die gefangene Mühllehna / als man ſie mit der

 ſcharffen

scharffen Frage/so ihr in unsern nechsten Urthel ist zuerkant worden/bedrauet/ bekannt und gestanden/ daß sie Martin Lintzens Tochter durch Zauberische Geschoß beschädiget. Item daß sie mit dem Teufel ein Verbündnüß aber nicht auff eine gewisse Zeit auffgerichtet/ welcher allzeit als ein schwartzes Mänchen/wie ein Esel groß zu ihr kommen/ sie hätte sich auch mit dem Teufel/ welcher in gestalt eines Menschen und eines kleinen Männleins so offt sie ihn haben wollen/ zu ihr kommen/unmenschlicher weise vermischet/ welches ohngefehr 20. mahl geschehen/allzeit wann er zu ihr kommen/ hätte ers 2. mahl gethan/und jedes wohl ein halbe auch wohl gantze Stunde gewehret/er hätte ein grosses Ding/ als ein Esel gehabt/und wann sie schon das Creutz vor sich geschlagen/sey er doch nicht von ihr gewichen. Und es hat die Gefangene ferner dieses bekannt und ausgesagt/ daß der Teufel in der Nacht als ihr Mann nicht daheim gewesen/ in gestalt eines schwartzen Mänchens zu ihr kommen/ihr das Bette auffgehoben/sich zu ihr geleget/ und sich ohngefehr 3. mahl mit ihr vermischet/wann er mit ihr zu thun gehabt/ wäre es nicht anderst gewesen/als wann er ein kalt Hörnichen darzu gebraucht. &c.

Hoc verò corroborat narratio quam literis consignavit Hermann Gœhaus *in Decis. illustrium quæst. usu frequ. qu. 3.* de venefica, confitente, Diabolum, postquam primo nuptiarum die cum novo marito consvevisset, altero die cum se fuisse congressum, idque adeò potenter, ut nullam dehinc cum proprio marito coëundi habuerit voluptatem.

§. 9. Ast nec tertia valdè stringit, cum non generatio prolis sit causa cur se incubos vel succubas faciant Dæmones, sed ut per luxuriæ vitium hominis utriusque sexus naturam lædant, corporis sc. & animæ vid. Jacob. Sprenger: *Mall. Malef. p. 1. qv. 3.* Et utut nullis venerearum libidinum illecebris trahantur Dæmones (quia corpore carent) hoc tamen negari nequit eos tanquàm humani generis hostes acerrimos ac truculentissimos omni ætate flagrantissimo odio homines,

mines prosequi, eosque nefanda imprimis libidine, utpote ad quam valdè proclivem depravatam ac multis vitiis inquinatam deprehendunt eorum naturam, ut magnetem ad ferrum, à Deo abducere conari. Testatur hoc fraterculorum (ut vocant.) Neapolitanorum flebilis historia, quam ex Johann Gennad. refert Richard. Argentinus Anglus *de Dæmon. præstig. cap. 6. & ex eo* Elich. *in sua Dæmonomag. qu. 7. p. 93. Tempore Ludovici Bavari Imperatoris, ait, in contemtum religionis Christianæ fratres Neapolitani, dissidentibus Papis, flagitiosam quandam simul ac turpissimam excogitabant sectam. Nam convenientibus in antris locisq; abditis, quos in eam turpitudinem allexerant, viris atq; fœminis sacerdotes, qui inter ipsos habebantur, ut crimen honestate prætexerent, divinas laudes Christiano more præcipiebant, quibus intempesta nocte peractis sacerdos pro concione quædam præfatus ad confirmandos in nefario errore animos in eo maximè erat occupatus suis inclamando colendam esse ante omnia caritatem.* Esse enim eam omnium virtutum quasi caput, testibus sacris elogiis, & eandem potissimum inter homines, autore Deo, conciliari, & à spiritu sancto foveri, si utriusque sexus, masculus & fœmina venereo complexu libenter jungerent & libidinem explerent mutuam. His commoti & instigati, pergit, viri fortiter & tauricè lascivientes fæminas subagitabant, extinctis candelis rem fœdissimam peragentes, qua peracta, se sacra, (si sacra dicenda sunt) peregisse dicebant, docentes etiam publicè plus quàm impiè: Non hoc esse Christi testamentum, pacem meam do vobis, sed τὸ crescite & multiplicamini & replete terram. Hæc ille.

§. 10. Ad quartam denique quod attinet rationem, nec ea est alicujus momenti, cum à silentio arguat ad negationem qui colligendi modus admodum infirmus, utpotè cum à silentio ad negationem non valeat consequentia, per jura vulgata.

CAPUT III.

De
Modo concubitus satanici nec non de subjecto ejusdem.

COMPENDIA.

1. *Dæmones dicuntur Incubi & succubæ item* Alpen.
2. *Ratio appellationis.*
3. *Monstrant se Diaboli sub forma non solum humana sed etiam bestiarum.*
4. *Non tamen unquam sub speciè columbæ vel agni apparent.*
5. *Sub hominis forma apparens dæmon semper membrum mutilum aut deforme habet.*
6. *Dæmones sub eadem forma, qua apparent etiam libidinem exercent.*
7. *Probatur Exemplo.*
8. *Dæmones amatoribus ac amasiis suis se monstrant non tantùm in forma grata sed & horrida.*
9. *Illustratur exemplo, & præjudicio Carpzovii.*
10. *Utplurimum in conventibus nocturnis in monte Bructerorum lib:dinem exercent. Describuntur ceremoniæ quæ adhibentur.*
11. *Diaboli se commiscent non solum cum hominibus sed & cum brutis.*
12. *Probatur exemplo, & præjudicio ex Carpz.*
13. *Dæmon sub forma canis & felis concubuit cum moniali.*
14. *Non potest fieri, spiritum alere partum in ventre.*
15. *Dæmon ex sua substantia non generat, sed semen aliunde affert.*

§. I.

DAri spiritus seu Dæmones, qui corporibus assumtis cum lamiis seu veneficis actus venereos exercere queunt præcedenti probatum dedi capite. Solent autem hoc spirituum genus INCUBOS ac SUCCUBOS appellare, & quidem incubos ideò, quia sub viri forma cum mulieribus commiscentur; succubos verò, quod mulierum specie corpora viris substernant. Strozz. Cigogna *de Spir. & Incant. part. 1. cap. 3. p. m. 296.* Bodin. *lib. 2. c. 7. p. m. 203.* succubos dæmonas hyphialtas, incubos verò Ephialtas vocat.

§. 2. Nostris vocantur die Alpen sicut & vulgus hominum

num eos Sylvanos aut Faunos vocat. vid. Joh. Nider. Fornic. *de malefic. Decep. cap. 10.* & La Commare del. ſcipion. Mercur. Germ. edit, Lamiæ eum vocant ihren Juncker oder Buhlen vid. Carpz. *Pr. Crim. qu. 49. n. 69.*

§. 3. Sicuti verò boni ſpiritus nulla alia forma quam humana apparuerunt, ita Dæmones non tantum hanc, ſed beſtiarum etiam & luporum, urſorum, leonum, ſerpentum, cattorum, canum, ſimiarum, veſpertilionum, corvorum, multasque alias figuras induere, frequentiſſimè verò ſub canum, ſerpentum, hircorum, corvorum ac cornicum ſe monſtrare ſolent. Sic Theodoro cuidam, teſtante S. Gregorio, Dæmon horrendi Draconis forma apparuit, manibus ejus pedibusque cauda arctiſſimè implexis. D. Antonio, teſte Athanaſio in ejus vita, non una, ſed variis reptilium, leonis, lupi, aſpidis, ſcorpionis, urſi &c. formis occurrit: & quem fugit, quod protoplaſtas Adamum atque Evam in ſpecie ſerpentis deceperit.

§. 4. In agni quidem aut columbæ ſpeciem Diabolum ſe transformâſſe nuſpiam legitur, idque vel Dei voluntate non permittentis, ut duas has creaturas, quarum una DEI filius, Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, altera Spiritus S. adumbratur peſſimi ſpiritus æmulentur, vel ipſorum voluntate atque electione tantoperè à Deo abhorrentium.

§. 5. In Hominis formâ apparentes mali ſpiritus (certum namque eſt, eos hominum ſceleratorum demortuorum corpora nonnunquàm ſubintrare) ſemper membrum aliquod mutilum aut deforme, cornua ſcilicet, pedes caprinos, ungues, naſum oblongum & terribilem, oculos flammantes, piloſas manus, dentes prominulos ac lividos & ſi quid tale eſt habere dicuntur. Sic ſagæ ac lamiæ omnes fermè uno ore deponunt, Dæmonem, quem uti dictum ihren Juncker oder Buhlen vocant, in forma quidem viri aut juvenis veſtimentis induti, ſed ungulam aut pedem bovis, vaccæ aut equi habentis ſibi comparuiſſe. vid. modo laudatus Carpz *d. p. 1. qu. 50. n. 66.* præjud. ſeu ſententia 6. ibi: Ferner hat ſie geſtanden daß ſie mit einem Teufel der ſich Juncker Hanß genennt

nennt bey 7. oder 8. Jahren gebuhlet *jungatur sententia 23. & 24.*

§. 6. Uti verò in varia forma apparere, ita & sub iisdem formis concubitum cum sagis exercere solent. Sic in forma studiosi cujusdam Diabolum incubum comparuisse amasiæ suæ, refert Besold. *Thes. pract. lit. H. voc.* Hetzen *p. m. 360.* verba ejus hæc sunt: Zu Molßheim hat man zu meiner Zeit als ich zu Straßburg studieret/ einer Hetzen folgendes Innhalts verlesen: Wie einsmals ein Leutenant daselbst gewesen/ dessen Pferd sie einen Trunck im Stall beygebracht/ hernacher habe sie Studenten zu Kostgänger gehabt/ und sich in einen verliebt/ da sey ihr der böse Feind in gestalt ihres Liebsten erschienen/ und habe sie zur Ehe begehrt/ habe ihr auch Geld auff die Ehe geben/ welches deß andern Tages Roßmist und Blätter gewesen/ welches Geld sie angenommen/ weil sie sich gar hoffärtig in Kleidern gehalten. Acht Tage hernach ist er ihr in einem erschröcklichen Gesicht erschienen/ und hat von ihr begehret/ Gott und alle Heiligen zu verläugnen/ mit Bedrohung/ wenn sie solches nicht thun werde/ so wolle er sie zerreissen und zerstücken. Und ob sie sich gleich anfangs gewehret/ so hat sie ihm doch endlich gefolget. Worauff er ihr einen andern Nahmen gegeben/ und sie anderst getaufft/ welchen Nahmen sie nicht mercken können. Die Hochzeit sey nahe bey Molsheim auff dem Viehtrieb verrichtet worden/ da habe man ihren Buhlen/ so einem Studenten ähnlich gewesen/ von Zabern bürtig/ Nahmens Jenner Besen genannt/ darauff sey der böse Feind in gestalt eines Studenten lang bey ihr zu Tisch gangen. &c.

§. 7. Et apud Hectorem Boëthium qui de rebus Scoticis scripsit Dæmonis succubi talis extat historia. Carictæ (vel Gareothæ) regionis vico quatuor vix passuum millibus ab Aberdonia, adolescens formosus coram Aberdonensi antistite questus est palam sese à Dæmone succuba, gratissima omnium quas vidisset forma, multos ante menses infestatum eandemque occlusis foribus noctu ad se ingredi, blanditiisq;

in

in complexum pellicere, imò compellere: dubia luce abire sine strepitu ferè, nullo se posse modo, quùm pluries tentasset, à tanta ac tam turpi vesania liberari. vid. Strozz. Zigogna *d. tr. lib. 3. cap. 3. p. m. 299.*

§. 8. Haud dissimilem ex Philostrato recenset idem autor *d. l. pag. 308.* Menippum sc. pulcherrimæ formæ adolescentem, Demetrii Cynici discipulum, Corinthô Cenchreas profecturum, in itinere in spiritum succubum bellissimæ puellæ specie tectum incidisse, & ab ea amore illius ardere se fingente, in proximam casam pertractum, multosque ibi dies commoratum, non veneris solùm consvetudinem cum illa habuisse, verùm etiam ita blanditiis atque illecebris captum, ut uxorem ducere statuerit. Benedictum quoque Bernam atque Pinnetum per 40. annos cum satana sub mierculæ (quam ille Hermelinam, hic verò Florinam vocavit) simulata specie voluptates venereas exercuisse refert. Cardan. de Vanit. rerum *lib. 15. cap. 80.*

§. 6. In forma desponsatæ Diabolum rustico sponso comparuisse, narrat modò alleg. Zigogna *d. l. p. m. 304. Simile quid,* inquit, *rustico cuidam in agro Vicetino accidisse narratur. Qui domo illuni nocte egressus & ad amicum iturus, in via spiritum ejusmodi succubum os habitumq; prædictæ amicæ gerentem obviam habuit. Quare lætus juvenis & libidine incensus statim in complexum ejus ruit, post quem muliercula species velut ignea statim disparuit, juvenis verò totus attonitus ubi ad se rediit in fimeto putidissimo jacere se animadvertit, inde cum tristis admodum & dolore plenus domum revertisset, statim graviter ægrotare cepit, ac paulo post putrefactis membris genitalibus vi morbi extinctus est.*

§. 10. Quomodo porrò in forma uxoris demortuæ comparuerit & execrandam cum marito libidinem exercuerit sequens ex eodem nobis monstrat historia, quam ex Sabino refert *l. c. p. 302. Sabinus narrat,* ait, *in Bavaria nobilis cujusdam uxorem mortuam multisq; lachrymis ab eo defletam, nocte quadam ei apparuisse & dixisse à Deo sibi in vitam*

 redire

redire permissum ea lege, ut matrimonium rursus celebrarent, in quod tamen ipsa consentire nollet, nisi à convitiis quibus frequenter antea uti solebat abstinere vellet: Quo promisso mulierem ad maritum rediisse, multosq; annos cum eo vixisse, colore tamen semper fuisse pallido, multos etiam filios genuisse. Tandem die quodam marito ancillam contumeliosis verbis incessente, evanuisse. Sed an præfatæ historiæ per omnia & in omnibus veritati sint conformes meritò quis dubitaret, interim tamen in tantum faciunt ad scopum ut ostendatur sub varia forma ac specie ab immundis spiritibus coitum hunc celebrari. Pergo hinc in recensendis ejusmodi historiis.

§. 11. Quod igitur in forma formosissimi & succi pleni adolescentis Diabolus concubitum hunc celebraverit, sequens probat historia, quam antea laudatus Hector Boëthius libro 8. Historiæ Scoticæ literis consignatam reliquit. *In Marria*, inquit ille, *regione, puella nobilis formosaq; aversata conjugium inventa est prægnans. Parentes cum stupratorem quærerent, fassa est puella nocte dieq; secum formosissimum cubare adolescentem, quem unde veniret non sciret. Illi tametsi parum fidei responsis adhiberent, tertio die indice ancilla, cognoscentes illum adesse cum tædis ac facibus ardentibus subito ingrediuntur, reseratis foribus horrendum monstrum & supra fidem humanam terribile in complexibus filiæ vident.* Sed & in forma militis dæmonem comparuisse uxoremque duxisse, testatur toties laudatus Zigogna *l. c. p. 304. in fin.*

§ 12. Non solùm autem in forma grata atque accepta amatoribus ac amasiis suis conjungere se solent incubi vel succubi, sed & in forma horrida ac parum grata vel etiam planè abjecta, id quod probat exemplum §. *6. h. c.* ex Besoldo relatum, cum quo convenit illud quod refert Bodin. *d. tr. lib. 2. cap. 7. pr.* Joannam sc. Harvilleriam Verberii ad Compendienseis natam, inter cætera fuisse confessam, ex decreto curiæ sententiam judicis Sanlisiani confirmante, matrem ipsius vivam fuisse adjudicatam igni: se verò annos duodecim natam à matre oblatam fuisse Diabolo, specie hominis atri,

amictu

amictu atro, ocreis ac calcaribus instructi, gladio accincti, equum nigrum habentis præ foribus, utente his verbis, Ecce filiam meam, quam spopondi tibi, ad ipsam verò dicente: Ecce amicum tuum, qui beabit te: Ex eo tempore Deo & religioni renuntiavisse, & illum sic concubuisse secum, ut viri cum fæminis solent, nisi quod frigidum erat semen: id octonis posteà diebus aut quindenis fecisse, nec percipiente viro, cum simul in lecto essent: Etiam Diabolum semel ex illa quæsivisse, an gravida ex ipso vellet fieri, se autem renuisse. Et de Margarita Bremontia, uxore Noëlis Lavareti scribit idem *paulò post*, eam confessam esse se die lunæ proximo, nocte ineunte, cum matre Maria in conventum ivisse, ibique quatuor alias sagas invenisse, eodemque sex Diabololos *aspectu horridos* advenisse, facta saltatione Diabolos concumbentes rem cum ipsis habuisse: & eorum unam, qui saltantem duxerat, cepisse eam, bis osculatum esse & amplius semihoram cum ipsa concubuisse, perfrigidumque semen ejecisse. Confirmat hoc quoque præjudic. 26. quod habet Carpz. *l. c.* quod majoris evidentiæ & probationis ergò apponere placet, estque sequens. Hat die gefangene M. D. als sie Jnhalt unsers ertheilten Rechtspruchs mit der scharffen Frage anderweit angegriffen werden sollen/ in Gegenwart deß Scharff-Richters bekannt und gestanden/ daß sie mit dem Teufel zu thun und zu schaffen gehabt/ und zu solchem Werck von der M. J. gebracht worden/ in deme der Teufel in gestalt eines Mannes zu ihnen beyden kommen/ und anfänglich mit der M. J. im Kraute/ hernach auch mit ihr zu thun gehabt/ und hätte selbiges mahl der Teufel Bären „Klauen am lincken Beine/uud einen grossen hoffmännischen „Rock an/ auch Federn auffm Hute gehabt/seine Natur und alles an ihme wer gar kalt gewesen &c. Et præjudicium 35. sequentis tenoris; Hat die verhaffte M. C. in scharffer Frage/ als sie damit Jnnhalts unsers nechsten euch ertheilten Rechtspruchs angegriffen worden/ bekannt und gestanden daß sie eine Hexe oder Zauberin seye/ habe die Zauberey

ohn-

ohngefehr vor 15. Jahren von der Hoffmeisterin / die vor dessen wegen Zauberey deß Orts im Ambte Sittichenbach verbrannt worden / gelernet / und solches sey zu Rotten-Schirmbach geschehen / und wäre ihr Juncker der böse Feind in gestalt eines armen Mannes zu ihr kommen / deme sie in alle Ewigkeit eigen zu seyn zugesaget / und sich verpflichten müssen / darauff er ihr zu Bestätigung einen dreyhellers Pfennig gegeben / und habe zum ersten mahl / als er bey ihr geschlaffen / schwartze Kleider an / einen schwartzē Hut auf / einen gelben Federbusch / rothe Strümpfe / und einen Kühfuß gehabt / ihr dasselbe mahl einen Groschen zu lohn geben / er hiesse Hanß / wie er aber zum andern mahl zu ihr kommen / und mit ihr zu thun gehabt / sey es in ihrem eigenen Hausse in der Stuben auff der Erden / als ihr Ehemann in der Scheunen gewesen / geschehen / und habe er zum selben mahl graue Kleider und Hut / einen brauuen Federbusch / gelbe Strümpfe / und den rechten Fuß wie ein Esel gehabt / und ihr nicht mehr denn 3. Pfenninge gegeben. Sed & in forma Æthiopis eum amasiæ suæ comparuisse concubitumque celebrasse, observat Wier. *de Præstig. Dæmon. lib. 6. c. 6.*

§. 13. Imprimis verò in conventibus nocturnis in monte Bructerorum (quos hic pro certis præsupponimus) cum suis amasiis Diaboli concumbere solent, id quod alios inter docet quoque Berlich *Pract. Conclus. p. 4. conclus. 3. n. 38.* ubi totum processum in ejus modi conventibus observari solitum eleganter describit his verbis. *Magi igitur & venefici ubi ad ejusmodi comitia venerunt, primò ad suum principem amictu magnificentissimo ornatum & in solio splendidissimo, multisq; ornamentis auratis & purpureis vestibus decorato ad instar regis alicujus sedentem, accedunt, eiq; bonorem clientularem & reverentiam exhibent ordine quodam retrogrado in oppositum directo illi reverentiæ, quam nos præstare solemus, nos enim curvamus caput & humeros & flectimus genu, crure retrò curvato volventes vultum ad Principem, sive ad alium, quem veneramur; ipsi verò faciunt contra, quia terga volvunt adversus Principem, & caput curvant adversus humeros adeò, ut mentum cœlum respiciat, crura verò non curvant retrò ut nos facimus,*

sed

sed elevant sursum à terra à parte anteriori, hac reverentia peracta mandat Princeps, ut omnes tripudient & saltent, cum lætitia & gaudio unaqualibet muliere suum Dæmonem, qui ei ad custodiam deputatus est accipiente, & cum eo saltante, etiam ordine retrogrado contra morem naturam & ordinem chorearum quibus nos utimur, interim præparantur mensæ cum lautissimis ferculis abundantissimè ornatæ, & celebratis choreis veniunt ad convivia quibus completis extinguuntur luminaria omnia & quisq; Dæmon in forma incubi id est viri suam capit mulierem, viri verò capiunt suum Dæmonem in forma succubi, id est, mulieris & sic ad invicem omnes adimplent coitum carnis, quo officio completo revertuntur ad domum omnes super suis magisterulis seu Dæmonibus equitantes. Jungantur his, quæ habet Elich *in sua Dæmonomagia quæst, 10. p. 132. & seqq. inprimis p. 136.* ubi recensitis ceremoniis in hoc conventu celebrari solitis, subdit. *His peractis suis amasiis fœdissimè commiscentur, itaq; præpostero modo peraguntur omnia.*

§. 14. Non solùm autem cum hominibus maligni hi spiritus se commiscere solent, sed & cum brutis animalibus. Etenim in Flandria horum spirituum aliquem sub viri forma cum vacca rem habuisse fertur, exque ea natum infantem baptizatum atque educatum inque hominem pium ac Dei timentem evasisse, eumque amicis narrare solitum, sentire se in animo continuum desiderium per prata ambulandi & gramine cum ceteris pecoribus vescendi: sed addit Autor historiam hanc referens: Ineptum esse credere verum hunc fuisse vaccæ partum, aut spiritum in ventrem ejus humanum semen infudisse cum ex homine & vacca utpotè diversis speciebus homo generari nequeat, hincque potius existimandum esse spiritum vaccam utero ejus inflato gravidam finxisse, & posteà improviso qua est incredibili celeritate infantem supposuisse quem pro vaccæ partu voluerit haberi.

§. 15. Sed quicquid de eo sit, hoc tamen certum est & indubitatæ veritatis Diabolum in forma animalium irrationabilium coitum hunc cum amasiis suis celebrare. Sic in forma galli ac cornicis hoc præstitit, testante hoc præjudicio,

 quod

quod est apud toties laudatum Carpz. *p. 1. quæst. 80. n. 66. sent. 23.* in verbis: Die Böttichern hätte ihr ferner gelehret die bösen Dinger anfänglich in einen Distel-Strauch zu weisen/ und wie ihr solches gerathen/welches draussen im Graße geschehen/ wäre immer ein schwartzer Rabe bey ihr hergangen/ so der Bötticherin Buhle gewesen / welchen nach ihren Absterben ihre Tochter zum Buhlen angenommen/dieselbe hätte auch ihr der Inquisitinnen einen Hahn zum Buhlen zugewiesen/den sie Juncker Hahn geheissen / derselbe wenn er mit ihr zu thun gehabt/ wäre auch als ein alter Mann im grauen Bart und blau bekleidet gewesen/ hätte keine Füsse / sondern nur Hundes Klauen / und einen rothen Federbusch auffgehabt/mit welchem sie offt und vielmahls zugehalten und zuschaffen gehabt/also/ daß sie nicht gedencken könte / wie offt es geschehen.

§. 16. De monialibus quibusdam sub forma canis & felis cum damnata hac bestia congredientibus tractat Wier. de præstig: Dæmon: *lib. 4. cap. 9. & seqq.* Et plus quam ridiculum est, quod & in forma seu sub specie abjecti animalculi simiæ scilicet concubuerit cum amasiis suis dæmon. Etenim apud Castagnedam, in Lusitanicis annalibus mira hac de re (quam ille pro vera lectori obtrudere satagit, quod ipsi defendendum relinquo) extat historia: Accidit, inquit, ut mulier quædam navi imposita & in insulam quandam desertam fuerit deportata: ubi dum veris lachrymis calamitatem suam deplorat, multi spiritus incubi simiarum specie accurrunt. Inter has una ceteris grandior mulierculam manu apprehensam in antrum sub altissimo monte ducit vel potius trahit. Deinde in casa quadam magnam ei pomorum, nucum, castanearum & aliorum fructuum acervum monstrat, nutu, ut famam inde expleret, invitans. Mox in Saturam incidit, cumque ea se commiscet. Quæ pessimæ bestiæ cum misera muliercula consuetudo ultra triennium duravit. De effectu hujus concubitus *cap. sequent.* facienda erit mentio. Interim unicum adhuc apponere exemplum placet

placet de incubo sc. qui peracto in forma adulteri concubitu in picam conversus evanuit, referente hoc Strozzio Zigogna *d. tr. lib. 3. cap. 3. p. 311.* Uxor cujusdam mercatoris, inquit ille, in Saxoniæ oppido septem milliaribus à Wittenberga distante, juvenem adulterum intereà dum maritus negotiandi causa abest intra ædes admittere solebat. Nocte quadam post mutuos complexus adulter quis esset spiritus scilicet incubus aperuit, & in picam conversus, En inquit, pulchrum tuum Amasium, quo dicto, evanuit, nec unquam posteà est reversus.

§. 17. Quomodo autum concubitus hic fiat mirus inter DD. est dissensus, illud tamen certum est, fieri non posse, ut spiritus in corpore assumto ad instar mulieris partum in ventre alat, filiosque habeat, cum nullo modo naturæ viribus hoc effici possit, ultra quas nec Luciferi potentia se extendit. Sed neque partum humanum servari multò minùs generari posse nisi in utero muliebri aptis organis distincto indubitatum est. Succubum verò agens Dæmon non solùm viventium corpora simulata præsentare; sed & demortuorum cadavera assumere valet, sicque venereas exercere libidines. Admiratione dignam hanc in rem facientem non procul à Rotenburgo quæ contigit, refert autor modo laudatus historiam. Unus ex spiritibus incubis, inquit, assumta formâ nobilis extranei sumtuosè admodum vestiti, duobus sociis comitatus, nobilis cujusdam honesti cui eximia pulchritudine nubilis erat filia, domum frequentare solebat, multumque auri ac gemmas ingenti precii ostentare. Sequebatur eum magnus famulorum & pedissequorum splendido amictu insignium numerus. Pater hominis, ut putabat, externam pompam conspicatus omni in eum comitate & facilitate usus est, ac non semel domum ad epulas invitavit; Tandem verò concepta ex ejus importunitate suspicione hominem religiosum integræ vitæ unà ad prandium adduxit, qui varios de Deo ac rebus ad religionem pertinentibus sermones instituere cepit. Graviter hoc procus ferens, rogabat ut quæ

convivio

convivio digna essent & ad animos exhilarandos facerent, potius promerentur: res enim sacras commodiùs alibi quàm in mensis tractari. Heic Pater quod erat suspicatus quantum potest exclamat: Apage pessima turba infernalis, nihil vobis negotii mecum, aut cum meis, qui in Dei nomine baptizati, & pretiosissimo filii Dei sanguine è vestra potestate redemti sumus. Vix hæc verba finierat optimus senex, „cum subitò scelesti illi spiritus disparuerunt, relictis in cœ„naculo tribus eorum, qui paucos ante dies in furcam acti „fuerant corporibus, cum incredibili fœtore.

§. 18. Sed ut tandem caput hoc concludam, illud saltem adhuc apponere placet; Diabolum incubum vel succubum agendo ex se generandi facultatem non habere, sed tantum alienū semen, ut non pauci existimant, quod vel à viro aliquo in somniis polluto vel succubo cum viro quodam concumbente accepit usurpare & ex eo generare, sicut & ex omnium sagarum uniformi constat confessione frigidum illum habuisse membrum frigidumq; semen. Videatur Bodin. *in Dæmon. lib. 2. c. 7 p 200. & 201.* Carpz. *l c.* Joh. Ludw. Elich. *in sua Dæmonomagia q. 9. p. 126. & 127.* & *in Diss. de Diabolo ipso.* Binsfeld *de Confess. Malef. conclus. 5. p. 212. & seqq.* Henr. Kornmann *de Linea amoris cap. de facto.* Francisc Valesii *Philosoph. sacr. c. 7.* Ad objectiones & dubia respondet Jacob. Sprenger. *Mall. Mallefic. p. 1. qu. 3.*

CAPUT IV.

De Effectu Physico.

COMPENDIA.

1. Connexio.
Qu. an concubitus hic etiam ex parte Dæmonum voluptatem gignat? Neg.
Probatur ratione & autoritate.

2. Non tamen concubitus hic est imaginarius.
Varia de effectu ejus secundo DD. recensentur opiniones.
3. Dæmones non posse vi propria

sua

suæ substantia generare proba-tur.
Neque ex hoc congressu verum prolem humanam nasci posse.
Sed partum esse supposititium.
Refutatur Pictorius Dæmones fœcundos semine, statuens.
Adducitur autoritas B. Lutheri.
4. *Diabolum succubam agendo semen suffurari & incubum rursus applicare quidam defendunt.*
5. *Bodino tamen hoc incredibile videtur.*
Cui subscribit Carpz.
6. *Partum hujus coitus esse supposititium, & nihil ex eo nasci posse, coincidit.*
7. *Lectoris arbitrio relinquitur quam ex adductis, opinionem arripere velit.*
Saga tamen partus ex hoc coitu sub variis formis se enixas esse confessa sunt.
8. *Infantem Satana facie similem lamia quadam edidit.*
Alia multos filios prodigiosos.
Margaretæ Essingensis recensetur historia.
9. *In Brasilia lamia monstrum stupendum edidit.*
Adducuntur aliarum partus.
10. *Lamias ova parere posse testata Elich. ut testis de visu.*
Strigem quandam effecisse ut canis ova pareret narratur.
11. *Ex hoc coitu procreantur partus instar vermium, vulgò* die Elben *dicti.*
12. *Probatur præjudiciis ex Carpz.*
13. *Saga quædam confessa est se filium ex hoc coitu edidisse eumq; in militiam abiisse.*
14. *An ex hoc coitu nascantur liberi quos vulgò* die Wechsel Kinder *nominant quæstionis est?*
Tria eorum proponuntur genera & concluditur caput.

§. I.

OStensum hactenus quod etsi Dæmones naturâ non sint præditi corporibus, corpus tamen extrinsecus assumere queant, vel mortuum, vel ad humanam effigiem, ex condensatis aëris vaporibus conformatum, sicque vel incubum vel succubam agere, cumque lamiis veneficis & magis concumbere, ita ut lamiæ voluptatem etiam ex tali coitu percipere valeant, id quod alios inter & Augustinus *lib. d. Civ. Dei 15.* affirmat sic scribens. Illi, Diaboli scil: ad tempus induunt corpora & aeris impulsu potest excitari titillatio, jucundusque aliquis in coitione sensus, qui reipsa concumbentes cum illis delectet. *An verò concubitus hic etiam ratione Dæmonis oblectationem, seu voluptatem gignat?* nunc considerandum. Affirmatum hoc à nonnullis refutati idcirco à Borthol: de Spin. *Quæst. de Strig. cap. 16. p. 205.* Et

 recté

rectè quomodò enim Dæmones spirituales cum sint creaturæ, sensitivas admittere possunt voluptates? Certè voluptates corporis non solum ab hominibus, sed ab omnibus aliis animantibus expetuntur ideò quia maximam cum vita habent convenientiam & sunt quasi vitæ perfectio. *Omnia animantia*, inquit Aristoteles. 10. *Eth.5. amant vitam, ac propter eam quoque amant voluptatem, quandoquidem etiam ipsa vita est quadam actio. Et cap præc.* 4. scil. *pr. & med.* hæc habet. *Habet sensus suam quisque voluptatem itemque cogitatio & cognitio.* Sed vitâ sensitivâ destituuntur Dæmones, unde absurdum esset eos voluptatibus sensitivis oblectari affirmare. *Sicut namque lapides*, ait modò laudatus Spin. *d. l. ita & angeli sensibus carent quorum objecta sunt illa oblectamenta, & consequenter videntur etiam ab eorundem spirituum voluntate aliena: licet in corporibus assumtis possint opera motusq; tales exercere & quasi vitales perficere inque illis collectualiter, non autem sensualiter oblectari propter animarum perniciem; eorum inquam, qui tale cum illis habent fœdissimum commercium.*

§ 2. Sed utut nullam ex tali coitu Dæmones hauriant voluptatem corpoream, illud tamen verum manet quod verè non imaginariè cum lamiis magis & veneficis congrediantur ac concumbant quamvis de effectu hujus concubitus secundo, de partu scil. mirus inter DD. sit dissensus: quibusdam defendentibus ex satanico hoc congressu planè nihil nasci posse, aliis statuentibus Dæmones ex alterius semine quo abutuntur prolem generare posse, dissentientibus his qui generationem quidem, abusivè sumto generationis vocabulo, ast non veram sobolis procreationem ex tali coitu concedunt cum partus ejusmodi portentosi, sint supposititii, non autem ex propagatione orti. Vid. Carpz. *toties cit. p. 1. qu. 49. n. 37. & 38.*

§. 3. Hoc verò certum est & indubitatæ veritatis Dæmones non posse propria vi sua & ex propria sua substantia more animantium generare, cum nulla substantia à materia abjuncta sua vi aliquam in materiam formam inducere possit.

Et

Et quem fugit quod ad hoc corpus verè tale non verò ficti-
tium seu assumtum requiratur, item quod generatio sit actio
& operatio vitæ, vita autem sit vis corpori animæque simul
propria ac competens. Thom. *p. 1. q. 51. art. 2.* unde ex multo-
rum sententia pro regula ponimus: Ex tali congressu Diabo-
lico veram humanam prolem nasci non posse, sed eos, quos
legimus, incubo vel succuba Dæmone natos vel supposititios
fuisse alterius fæminæ veros infantes, vel ab alio Dæmone
prolem ementitam, quod non rarò contingit, ut tempore
puerperii, nemine observante, Dæmon prolem recens natam
è cunis auferat seque, assumta infantis forma, supponat. Neq;
enim cum Pictorio in *libello de Sublunaribus Dæmonibus*, quem
citat Wierus *lib. 6. cap. 23.* facimus; is enim Marci cujusdam
testimonium arripit, qui insignis fuit satanæ cultor & in
Chersonneso vitam egit solitariam, atque Dæmones genita-
lia habere & fœcundos esse semine docuit. Quemadmo-
dum enim, docente Carpz. *l. c. n. 35.* mortale & immortale
corporeum & incorporeum, sensus particeps & expers sen-
sus, adeò inter se dissident ut nullo modo uniri & inter se
jungi queant, ita quoque nec Dæmoni cum homine, propter
summam naturarum planè incompatibilium discrepantiam,
ea copula intercedere potest, ex qua perfectum aliquod &
absolutum consequatur & oriatur. Ut hinc modo posi-
tam regulam comprobet quoque beatæ memoriæ Luthe-
rus in Tischreden (si liber hic autorem Lutherum agnoscit,
id quod Theologis disceptandum relinquimus) *tit.* vom
Teuffel und seinen Wercken, inquiens; Wie werden aber
die Kinder gezeuget? Darauff sage ich also / daß diese Söh-
ne sind auch Teuffel gewesen / haben solche Leiber gehabt wie
die Mutter: Es ist warlich ein greulich schrecklich Exempel /
daß der Satan so kan die Leute plagen / daß er auch Kinder
zeuget; Also ists auch mit den Hexen in Wasser / der die
Menschen zu ihm hinein zeucht / als Jungfrauen und Mägde
mit solchen er darnach zuhält / und Teuffels Kinder zeuget /
denn sonsten Kinder zeugen ein Göttlich Werck ist / und da

muß unser HErr Gott Schöpffer seyn/ denn wir nennen ihn allzeit Vater/und muß auch die conceptio per constituta media & per homines in einen momento geschehen/ denn Er gebraucht zur Schöpffung die Menschen als ein Mittel/ und durch dieselbe wircket Er allein/und nicht durch den Teuffel/ darumb so müssens gestohlene Kinder seyn/ wie denn der Teuffel wohl Kinder stehlen kan/ wie man bißweilen Kinder in Sechswochen verleuret/ oder müssen supposititii seyn/ Wechsel-Kinder/ die denn die Sachsen nennen Kielkröpffe. &c. Concordant ea quæ habet Uldaricus Molitor JCtus *c.10. de Lamiis. Quinta determinatio est*, inquit, *quod Diabolus vel ut incubus vel ut succubus pueros generare nullo modo possit. sed ejus modi pueri si inventi fuerint vel suppositi erunt vel phantastici.* Posse verò Diabolum partum supponere sequens probat Historia, quam Mar. Delrius Belga, literis consignavit, cujus & nos *prae. cap. §. 14.* mentionem fecimus. In hoc ipso, inquit ille, Belgio fuit nefarius quidam taurice & prodigiose lasciviens, qui vaccam inivit, post visa est vacca prægnans, & aliquot menses post, edere masculum non vitulum, sed puerulum; Adfuerunt, inquit, non unus, sed plurimi, deque matris vaccæ utero puerum cadentem adspexere, levatum de terra nutrici destinarunt & ex sacro baptismi fonte lavarunt, Christianæ vitæ præceptis instituerunt; puer succrescens pietati studuit & pro patre seriò oravit. Animadvertis, pergit, hominem perfectum, qui tamen sentiebat in animo propensiones vaccinas ut pascere prata, ruminari herbas. Sed audiamus judicium quod hac de historia fert multoties citatus Blich. *in sua Dæmanomagia qu. 8. Quid de hoc igitur*, ait ille, *sentiendum, nonne hominem esse? esse! ex matre verò vacca natum negandum. Quia ergo? Diabolus quem infandum hoc flagitium ut impulsorem non latuit, mox videri vaccam turgidam fecit, & cum voluit aliunde infantem surreptum attulit & vacca parturienti, vento qua prius gravida erat puerum supposuit ac si de vacca natum funderetur. Hinc nata opinio & puer persuasus se vaccæ filium falsò & putata*

tata matris propensiones hausit imaginando. Nam ut verus homo ex seminis vaccini materia nascatur & organica illa dispositio perfecta humani corporis in vacca utero & vaccina anima calore & virtute perficiatur id Philosophi omnes inter ἀδύνατα computabunt.

§. 4. Regulæ autem §. *praced.* positæ maximè contradicunt opinionis §. 2. secundo loco positæ patroni, contendentes Dæmones succubam agendo, vel etiam aliis modis v. g. si quis in somniis semen emittat &c. semen humanum suffurari & tanquam incubum iterum adhibere, applicare non aliter ac si uxor cum naturali marito rem habeat. Vid. Jacob. Sprenger. *Mall. Malef. p. 1. qu. 3. p. 36.* non obstante quod semen non habere possit virtutem generandi, nisi quamdiu calor animæ in eo retineatur, quem tamen exhalare necessum sit per magnam distantiam delatam. Regerunt enim posse Dæmones aliquid reponere ad conservationem seminis ne calor evaporet, sicuti & idcirco semen non tam facilè evaporare queat quod velocissimè Dæmones moveantur. Amplectitur hinc opinionem hanc Johan. Nider. Formicar de Malefic. Decept. *cap. 10.* & La Commare del Scipion. Mercur Germanic edit. a Gottfrid. Welsch p. 2. cap. 38. Rubr. Ob auch vieler Meinung nach der böse Feind mit den Menschen könne Kinder zeugen *p. 549.* ubi hæc habet. So bleibets wohl darbey daß ein böser Geist / dieweil er den Wesen nach den Engeln gleich ist / nicht auß seiner eignen Krafft sondern vermittelst der menschlichen Natur / zeugen kan / indem er sich bald zu einen Incubo, bald zu einen succubo oder Alp / so von den gemeinen Mann Sylvani oder Fauni genennet werden / zu machen pfleget. Denn wenn der böse Geist dergleichen actum vornehmen will so ists von nöthen daß er zuvor den Cörper und die Gestalt einer verstorbenen Frawe oder ein ander Gespenst an sich nehme / und stelle und bequeme sich nach den Willen seines Beyschläffers / einer andern losen Vettel gleich / nehme den Samen zu sich oder sehe sonst wo er ihn bekomme / und verwahre denselben welches ihm denn gar

 leicht

leicht ist; So kan er auch den Leib gar leicht bewegen / weil er ein Geist ist/oder ein geistliches Wesen absolut, und vollständige Gewalt hat über das was leiblich ist. Wie auch den Gestanck von den todten Cörper mit Geruch und wohlriechenden Sachen leichtlich temperiren; Und wenn er dieses verrichtet/so kan er auch hingegen einen Todten Cörper eines Mannes und männliche Gestalt oder sonst ein Gespenst an sich nehmen; und den Saamen so er in gestalt einer Vettel von einen Menschen den er betrogen zu sich genommen/einem Weibes Bilde die sich von ihm betriegen und beschlaffen lässet in die Mutter bringen; und also und auff diese Weise/ nicht aber von sich selbst beyschlaffen und Kinder zeugen. H.I. Videtur & hanc opinionem suam facere Elich. *d. tr. qu. 9. p. 126.* utut accuratius si inspiciatur aliorum tantum recenseat sententiam. Quod verò toties à nobis allegatus Strozzius Cigogna eam amplectatur omni caret dubio. Is enim *lib. 3. cap. 3. pr. d. tr.* docet, quod etsi naturaliter per se ipsos coire & generare nequeant Dæmones quippe corpore ac proinde etiam semine vasisque spermaticis & imprimis calore destituti, quæ omnia ad generationem sunt necessaria, nihilominus tamen naturalibus illi mediis usi primum se in muliebrem effigiem transformare, & viro substernere receptoque ab eo in corpus assumtum semine, momento temporis cum fæmina congredientes illud in matricem transfundere posse, indeq; nonnunquam fœtus procreari inprimis quando semen eadem qualitate & calore naturali conservatum in convenientem materiam tempus ac locum inciderit. Consentit Scot. *in 2. Sent. d. 7. q. 1.* quem & pro confirmanda hac sententia adducit &c.

§. 5. Verum enim verò non immeritò de veritate hujus asserti dubitat Bodin *d. tr. lib. 2. cap. 7. p. m. 203.* quando ait, Hæc quæstio an isti coitus fieri possint coram Sigismundo Cæsare fuit agitata & an ex iis aliquid nasci: tandemque fuit constitutum contra judicium Cassiani posse copulationem istam & generationem existere: quod Glossæ ordinariæ

placet

placet & Thomæ Aquinati *in 6. cap. gener.* dicenti: quicunque ex isto coitu procreantur eos aliter à natura comparatos esse quàm qui naturæ lege. Libro quoque primo historiarum de Occidentali India, *pergit idem c. 27.* legimus apud Indos pro certo haberi Deum ipsorum Cocoto fœminis concumbere: nam illorum Dii planè sunt Diaboli. Sed neque hac in re inter DD. convenit; ex quibus nonnulli putant Dæmonas Hyphialtas sive succubos virorum semen accipere, & Ephialtas sive Incubos eodem in mulieres abuti ut Aquinas. Sed subdit ἐπίκρισιν: quod tamen videtur incredibile. Consentit Carpz. *l. c. n. 35.* asserens: semen à Diabolo aliunde acceptum extra naturalia sua receptacula vim vitalem retinere non posse, nec semen prolificum à Dæmone tanta celeritate perferri, ne id in via spiritum vitalem & calorem sine quo tamen nulla procreandi facultas, amittat, hincque licet vel maximè eo momento quo mulier ad concipiendum optimè est disposita semen tale muliebri semini commisceatur, nullam tamen gignendi causam esse posse. Rationes cur ex concubitu Diaboli & hominis nulla soboles nasci queat affert in medium Thummius *d. tr. p. m. 36.* qui videri potest.

§. 6 Sicuti verò opinio hæc probabilis, ita & eorum qui nihil ex hoc coitu nasci posse contendunt maximam partem imò per omnia fermè cum ea coincidere videtur. Si enim partus hic suppositítius, non erit ex hoc coitu. Et hoc est quod testante Bodino *l. c. p. 204.* Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus & Gregorius Nazianzenus contra Lactantium & Josephum asserunt, nihil scil. ex hac copulatione procreari, & si fiat Diabolum in carne non hominem fore. In qua sententia fuit quoque eruditissimus Europæ Philosophus Scaliger *de Subtilitate ad Cardanum Ex. 355.* quando allegato exemplo, sic subjicit. *Hunc pilæ ludum ridere licet, stomachari verò quæ de eorum coitu Psellus effutit, gigni aliquè.* Citaturque in hanc opinionem Lutherus Godelmanno *de Lamiis cap. 5. lib. 2.* cujus verba hæc esse perhibentur. *Potest esse ut Diabolus rem habeat cum Lamiis & sagis, sed quod ex*
illo

illo congressu liberi procreentur, hoc nihil est, quia Deus est creator & gignit homines per constituta media.

§. 7. Quicquid verò de eo sit nobis propositum non est hanc vel istam sententiam in tam abstrusa materia pro Evangelio Johannis venditare, eamque Lectori tanquam principium æternæ veritatis obtrudere: sed propterea saltem diversas in medium adduximus sententias, ut discrepantiam vel convenientiam earum ob oculos ponamus, unicuique optionem vel electionem relinquentes quam præ alia arripere velit, hoc solum addentes quod confessiones Sagarum ac Lamiarum benè multæ reperiantur perhibentium partus à se ex concubitu hoc Diabolico procreatos fuisse non solum hominis formam sed & aliarum rerum tam animatarum quàm inanimatarum repræsentantes.

§. 8. Sic refert Godofred Schulz *in Chron. p. 623.* quod mulier quædam infantem Satanæ facie similem enixa fuerit, & fabulantur de quadam Melusina succuba quæ cuidem comiti adhæsisse dicitur pluresque filios enixa fuit quorum unusquisque aliquid prodigii in membris habuit; alius namque tres oculos, alius dentes aprinos, alius aliam quandam deformitatem contraxit. Molitor *de Mulier. Python. c. 6. p. 47.* Strozzius quoque Cigogna *l. c. p. m. 313.* narrat Anno 1545. mulierem quandam Margaritam Essingensem cum incubo rem habuisse, indeque ventrem ejus ita intumuisse ut caput ac pedes tegerentur, nec quicquam præter ventrem ac rotundam quandam carnis massam conspiceretur, intra quam gallorum cantus, canum latratus, ovium balatus, boum mugitus, equorum hinnitus, porcorum grunnitus, varii denique omnis generis animalium soni cum ingenti stupore à circumstantibus exaudiantur.

§. 9. In Brasilia insolitum ac stupendum lamiam quandam produxisse monstrum, altum 17. palmos, tectum corio lacertæ, mammis prætumidis, brachiis leonum, oculis flammeis & scintillantibus observat Elich. *d. tr. qu. 8. p. 122.* ubi addit An. 1278. apud Helyetios aliam peperisse leonem,

A. 1471.

An. 1471. aliam Papiæ catum, Brixiæ adhuc aliam canem, nec non An. 1531. mulierem Augustæ Vindelicorum eodem partu enixam fuisse primo caput humanum membranis involutum, mox serpentem bipedem, tertiò porcum integrum. vid. Cigogna *d. tr. p. m. 305.* Sic Merlinum, vatem Angliæ celeberrimum ex congressu Dæmonis & Virginis Regis filiæ generatum, & Platonem sapientiæ principem de virginis partu Apollonis phantasmate id est Dæmonis oppressæ, natum, traditio est, quo & pertinet illa de gigantibus de quibus *ex Genes. 6.* quos Gloss. Diabolis ratione originis adscribit, dissentiente tamen Calov. *in Genes. h. l.* Eos verò quos Mahumetani Nefesoglios vocant & è Spiritu sancto natos esse impiè credunt, hominum genus sceleratum, ex incubis vel succubis genitos esse affirmat Cigogna *p. 301.* qui *pag. sequ. 302.* narrat, spiritum incubum in Polycriti forma Ætolorum Principem creatum esse & juvenculam Locrensem uxorem duxisse, cumque ea tribus exactis maritali consvetudine noctibus, subitò disparuisse gravidamque uxorem reliquisse, eamque postea hermaphroditum, monstrosum valdè partum edidisse: quo facto mulieris parentes attonitos monstrum in forum detulisse, ibique convocato senatu, vocatisque auspicibus deliberatum fuisse quid monstro illo faciendum esset: Consulentibus aliis ut partus flammâ aboleretur, aliis verò ut mater cum partu Ætolorum finibus exigeretur, Polycritus vestitu nigro vestitus, repentè apparuit & primum precibus, deinde minis filium repoposcit. Recusantibus Ætolis in medium prosiliit & infantem apprehensum totum deglutivit capite excepto statimque disparuit. Ætolis ingenti stupore perculsis & de legatis ad Oraculum Delphicum mittendis consulentibus infantis caput in medio foro jacens loqui cepit & gravi oratione magnam cædem prædixit quæ non multo post sequuta est, prælio inter Ætolos & Acharnanenses commisso.

§. 10. Posse quoque lamias parere & ponere ova testatur tanquam testis de visu Elich. *d. tr. qu. 7. p. 108.* quando affirmat se nosse & vidisse rusticam de gente strigum quæ sin-

 gulis

gulis diebus, si modò lubuerit ova peperit nido incubans: quem ex stramine & juncis confectum in modum nidulorum gallinis nostris quos subdimus in camera sua sepositum habuit: ita *κοκκύζειν* ut solent gallinæ parturientes, eamque surgentem de nido, sua collegisse ova, sed ultra novem nunquam. Sed addit (sit venia verbis) num è posterioribus ejus delapsa fuerint ignoramus, crediderimus si eadem prius acerrimo aceto per triduum macerata ab ea absorpta: verum putandum quod mediante præstigiatore tartareo aliunde allata & supposita fuerint. Quod verò ulterius scribit: Hoc de ovis à nemine prius fuisse observatum, quia rarum & non nisi pinguioribus quibusdam sagis concessum oppidò fallit, quandoquidem ex multarum sagarum confessionibus jam dudum hoc constitit & Steuccius, (vid. Besold. Thesaur. Pr. voc. H. verbo Hetzen) eleganter in Sagam quandam, quæ ut canis ova pareret effecit, ita cecinit.

Est anus, inferno vel formidanda barathro,
Saga diu Magicis usa magisteriis.
Hac inhians ovis gallina matre creatis:
Obstipat assueto pharmaca mixta cibo.
Pharmaca queis quacunque semel gallina vomtis:
Ova decem pariat, bis deciesque decem
Fortè superveniens canis has dum devorat escas:
Atque simul magica pharmica mixta manu
(Mira canam sed vera) graves in ventre dolores,
Concipit ac prægnans ova triginta parit
Hem! modò plumipedes pepererunt ova volucres:
Sagæ quid possunt! nunc parit ova canis.

§. II. Præterea Jacobus Rufus quem citat Cigogna *d. tr. lib. 3. cap. 3. p. 304.* feminam quandam Constantiensem cum succubo rem habuisse, postea verò loco partus cum acerbissimis doloribus clavos, ligna, vitra, crines atque alia ejusmodi ejecisse affirmat. Et solent ex hoc coitu deformes sæpè partus instar vermium vulgò die Elben oder gute Kinder procreari, sicuti mentionem ejus rei facit autor *Histo-*

riarum

riarum Magic. de Spectris lib. 1. n. 36. ex Hect. Boëth. *libr. 8. Histor. Scoticar.* in medium adducendo feminam quæ ex nefanda hac commistione monstrum undiquaque horrendum enixa fuit. Jungatur Carpz. *l. c. n. 39.* ubi observat solere sagas hisce vermibus hominibus nocere, immissis eis per fascinationem in crura brachia aliave membra. Confirmatur doctrina hæc præjudicio seu Responso Dnn. Scabinorum Lipsiensium M. Nov. 1661. ad consultationem Senatus Civitatis Imperialis Mühlhausen suggestum, estque sequens. Hat Inquisitin in ziemlicher scharffer Frage bekant und gestanden/ daß sie sich mit dem bösen Feinde verbunden und die Tauffe von ihm angenommen / wie auch an Gelde ein Kopffstücke/ dergleichen er ihr wochentlich zu geben versprochen/ wie wohl er es nicht gehalten ; Darauff sie ferner dreymahl unmenschliche Unzucht mit demselben verübet : und nach deme sie durch solche Unzucht etwas zur Welt gebracht so wie eine Hummel außgesehen/ darauß der böse Feind ein schwartz Pulver gemacht und ihr gegeben/ hernach damit George Hoffmannen und ferner Nicol Knoblochen bezaubert / daß beede sterben müssen/&c. vid. Philippi *U. J. Pr. lib. 4. Ecl. 88. n. 10.* Similis farinæ est illud quod habet Carpz. *l. c. §. 66. n. 3.* Ist die gefangene W. V. A. nachgelassene Wittib von einem Weibe die Michaelische genannt / so vor wenig Tagen zu Gröbzigk verbrandt/bezüchtiget worden/ daß sie mit denen Elben umbgehen könte / und sie hätte sie den jungen Jobst von Wulcknitz zugebracht/ und als sie darauff in guten bekannt daß sie vor dreyen Jahren gemelten von Wulcknitz die Elben dadurch beygebracht / daß sie ihren Urin auff den Mist gehen lassen/ und den Knaben dreymahl darüber geführet/da hätte er derselben Elben zwey paar bekommen / Und als ihr sie ferner durch Richter und Schöppen befragen lassen/von weme sie die Elben hätte / hat sie selber freywillig bekant/ daß sie vor dreyen Jahren auff den Anger vor Biendorff der Gänse gehütet hätte/ do were der Teuffel in eines Mannes gestalt/ in einen schwartzen Rock bekleidet zu ihr kommen/ der hätte ihr angemuthet

muthet sie solte bey ihm schlaffen / darauff hätte sie geantwortet/was er an ihr ersehen oder er theils an ihr hätte. Als er aber ferner bey ihr angehalten/ hätte sie sich nieder geleget und also seines Willens gepflogen/ sie könte wohl erachten daß sie die Elben von niemand anders als vom Teuffel hätte/weil sie zweymahl mit ihm gebuhlet.

§. 12. Clarius adhuc assertum nostrum probat sequens præjud. apud Carpz. n.10. Ob gleich die gefangene R.R. in scharffer Frage sich zu keiner Zauberey bekant hat/dieweil sie aber dennoch nach der Tortur in guten außgesagt/daß sie bey 12. Jahren mit den bösen Feind gebuhlet und zu schaffen gehabt/und von ihme alle 6. Wochen ein paar Elben gebohren / derer sie ein paar Ortheien Tochter hätte zugewiesen/ ein paar einen Hunde in ein bissen Brodt gegeben / darvon derselbe einen hefftigen und immerwehrenden Husten bekommen / und die andere an heimliche Oerter gegossen &c. Concordat præjud. 21. hujus tenoris. Hat die gefangene G.J. bekannt und gestanden/ daß sie mit dem Teuffel vor 28. Jahren ungeachtet ihr Ehemann noch am leben/ehelichen sich verbunden/ und daß sich derselbe Lucas und er sie Margaretichen genant/er were zum ersten mahl zu Königshofen zu ihr kommen und zu ihr gesagt/ wenn sie seines Willens pflegen wolte/sie ihr lebenlang gnug haben solte/darauff sie in der Stuben auff der Erden mit ihm unmenschliche und unnatürliche Unzucht getrieben &c. Wann sie mit ihren Buhlen zu schaffen gehabt / hätte sie weisse Elben und derselben allezeit zehen bekommen / so gelebet/ spitzige Schnäbel und schwartze Köpffe gehabt / und wie die jungen Raupen hin und wieder gekrochen / welche sie zur Zauberey gebraucht / ihr Buhle ihr auch etzliche/ ehe sie mit ihm gebuhlet gebracht. &c.

§. 13. Majoris evidentiæ & probationis ergo lubet adhuc quædam adjicere. Sic in præjud. 25. hæc habentur. Als Inquisitin noch in ihren ersten Hauße gewohnet/ wäre der Teuffel alle Donnerstage zu ihr kommen/und in einen Kämmerlein so im Hauße gewesen mit ihr zu schaffen gehabt/welches

ches unzehlig mahl geschehen sey. Von solcher unmenschlicher Vermischung habe sie Elben bekommen / und dieselben denen in ihrer Urgicht nahmhafft gemachten Personen zugebracht / so meistentheils davon gestorben ? Et in præjud 29. hæc horrenda leguntur. Und es hat die gefangene Mühl-Lehna ferner dieses bekant und außgesaget / daß der Teuffel in der Nacht / als ihr Mann nicht daheim gewesen / in gestalt eines schwartzen Mänchens zu ihr kommen / ihr das Bette auffgehoben sich zu ihr geleget / und sich ohngefehr drey mahl mit ihr vermischet / wann er mit ihr zuthun gehabt / were es nicht anders gewesen / als wann er ein kalt Hörnichen darzu gebrauchet. NB. Sie hätte auch zween Kinder von ihme gezeuget / welche wie der böse Voland gestalt gewesen / dieselbe hätte sie auff einmahl zur Welt gebracht / were aber kein Leben noch menschliche Gestalt an ihnen zu spühren gewesen / derowegen sie dieselbe in das Wasser geworffen. Sic & apud autorem anonymum legi, paucos ante annos sagam quandam in nobili quadam civitate Brabandiæ constanter confessam esse, se magno cum oblectamento ex coitu Diabolico filium enixam esse, eumque adhuc in vivis & nunc completo anno 26. Martis castra sequi. Et An. 1471. aliam canem, aliam adhuc felem, aliam denique An. 1488. octo canes mortuos edidisse. Sed ut materiam hanc absolvam, addo adhuc verba quædam præjudicii Carpzoviani 35. Hat die verhaffte M. R. in scharffer Frage bekant und gestanden / daß sie eine Hexe sey —— und were ihr Juncker in gestalt eines armen Mannes zu ihr kommen / Er heisse Hanß / das Beyligen mit ihr sey damals auf der Erde geschehen / seine Scham oder Glied sey hart und kalt gewesen / und habe von ihme nach 4. Wochen 5. paar böser Dinger gezeuget und gebohren / weren wie weisse Würmer gewesen / und hätten schwartze Köpffe gehabt / die hätte sie der Hirtischen Margarethen in das lincke Bein gebracht und gezaubert durch nachfolgenden Spruch: Im Thume stehet die Rosenblume / sie ist weder Braun noch Fahl / so müssen die Huffdinger zersteuben und

zerfahren und kommen der Hirtischen Margarethen in deß Teuffels Nahmen an.

§ 14. Sed quid tandem de liberis istis quos vulgò Wechselkinder Wechselbälge &c. Latinis campsores, vagiones appellant, statuendum? an & hi effectus hujus coitus sint, non immeritò quæritur? Germanorum hanc opinionem esse docet Bodin. *d. tr. & loc. p. m. 204.* quando ait: *Utcunque res habeat, scribit Sprengerus Germanorum (qui magos ab omni antiquitate frequentiores quàm aliæ gentes experti sunt.) hanc opinionem esse, nonnunquam ex isto coitu nasci liberos quos appellant Wechselkinder, mutatos liberos, hos aliis longè graviores esse, macros & qui ne tribus quidem nutricibus exsuctis pinguescerent: alios esse diabolos specie puerorum, qui cum nutricibus magis congrediuntur & plerumque in incertum abeunt.* Et sanè Sprengerus sæpè allegato *Malleo Mallef. 2. p. 2. qu. 2. cap. 7.* vagionum tria constituit genera quorum *primum* eorum qui semper sunt macilenti & ejulantes, cum tamen quatuor mulieres nulla ubertate lactis unum lactare sufficerent: *secundum* eorum qui alio modo à succubis progeniti *tertium* eorum qui parvulorum quidem specie apparent, sed veri sunt dæmones & cum nutricibus consvescunt. Sed quid hisce sibi velit Sprengerus non licet nobis per omnia assequi, unde ne simus justo longiores properamus ad

CAPUT V.

De

Effectu legali seu de pœna coitus Diabolici.

COMPENDIA.

1. Lamiæ & magi pœnæ spirituali & temporali subjiciuntur, De illa primùm agitur.

2. Magia atrocius delictum non est. Magi pactum cum Deo initum rescindunt

rescindunt novumque cum Satana pangunt fœdus.
Societate Dæmonum utentibus extremum à Deo exitium est determinatum.

3. *Historiæ testantur lamias miserrimè vixisse & detestabili morte periisse.*
Illustratur exemplo Simonis Magi.
Nero optimus Princeps mutatis moribus ad magiam animum applicuit. Eo flagitiosior nunquam vixit.
αὐτόχειρ factus.

4. *Magus Magum fefellit.*
Quorum alter miserè periit.
Comes Matisconensis insignis Magus à diabolo vivus abreptus est.

5. *Faustus var Satana arte Magica insignis, miserrima morte oppetiit.*
Dæmon fidem datam, magis raro servat.
Semel qui se Diabolo mancipavit ex ejus faucibus difficulter eripitur.

6. *Probatur exemplo Zoroastris sceleratissimi magi; aliorumque qui detestabili exitio perierunt.*

7. *Sunt qui putant magos & lamias capitaliter non esse puniendos.*
Ex illorum numero sunt Antonius Pratorius & VVierus.

8. *Accedit ad illorum sententiam Thummius. Sed refutantur.*
Sagas pœnis esse subjiciendas probatur tum rationibus tum autoritate legum.

9. *Innocentius Papa per decretum injunxit suis ut magos promerita pœnæ subjiciant.*
Apud moratiores gentes delictum hoc nunquam mansit impunitum.
Sic Persæ & Bononienses acerbissimè in Sagas animadvetebant.

10. *Hodie lamiarum cum Dæmone impuro impurum exercentium libidinem pœna est ignis.*
Nec immeritò Sagas flammarum exustionibus mancipari probatur.
Manasses Rex ob magiam regno privatus & in carcerem conjectus est.

11. *Obtinet pœna ignis in lamiis licet non inierint pactum cum Dæmone dùmmodo de sodomia constet.*
Adducitur ratio.
Idem obtinet de Jur. Saxon.

12. *Sagarum incarceratarum quæ mortem sibi consciverе cadavera etiam comburenda.*
Probatur præjudicio ex Carpz.
Resp. ad l. 6. ff. d. J. P apparenter obstantem.

13. *Quoad pœnam ignis hoc casu infligendam non habetur ratio sexus.*

14. *Nec ætatis senilis.*

15. *Pœna ignis ob hoc delictum ut locum habeat, ante omnia de corpore delicti constare debet.*

16. *An ob crimen hoc confiscatio bonorum locum habeat? Qu.*
Distinguitur inter jus vetus & novum.
Rigor ejus si aliquo in loco obtineret quomodo temperandus.
Cum mago insigne familiæ das Wappen *comburitur.*

17. *Vera pœnitentia ante accusationem mitigat pœnam ignis.*

18. *Sicuti & ætas tenella; ita ut impubes non pœna ignis sed castigationis saltem coërceatur.*

19. *Minorennitas autem ab hac pœna excusationem non præbet.*

Potest,

Potest tamen judex pro circumstantiarum qualitate minori pœnam mitigare.

20. *Paupertas & πολυτεκνία non minuit lamiæ pœnam ignis.*

Benè verò promissio impunitatis à judice facta.

21. *Lamia prætensa ignorantia si scil. se ignoranter cum Dæmone concubuisse objiciat, an excuset qu? Resp. N.*

22. *Sed quid si à Dæmone se fuisse obsessam dicat, an & tunc pœnæ ignis locus erit? Resp. Aff.*

23. *Ex lamia muta confessio quomodo elicienda, traditur.*

24. *Si lamiæ gratia sit à Principe vel aliàs pœna extraordinaria imponitur, nihilominus rescinditur matrimonium.*

Probatur præjudicio.

§. I.

POena lamias magos & magiam exercentes manens dupliciter considerari potest, aut enim immediatè à Deo est & spiritualia concernit, aut verò (licet & à Deo generaliter sit constituta) à judice infligitur & vitam temporalem bonaque temporalia saltem respicit. De illa primò erit dicendum loco.

§. 2. Cum igitur nullum atrocius sit ex omnibus peccatum magia, quâ Deus extremè contemnitur, quâ fœdere cum Deo inito rescisso novum cum Diabolo initur, qua nefarium Deo indicitur bellum, mirum non est tam gravi delictum hoc à Deo coërceri pœna, imprimis cum tam frequens summi Numinis in sacris literis reperiatur interdictum, omnibus nefarium hoc Dæmonum consortium non vitantibus, extremum determinans exitium. Sic enim *Lev. 19. vers. 31. Non declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini ut polluamini per eos, ego Dominus Deus vester. Et sequ. cap. 20. v. 6. Anima quæ declinaverit ad magos, & ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi sui. It. Deut. 19. v. 10. Nec invenietur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur & observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui pythones consulat, nec divinos & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.*

§. 3 Unde

§. 3. Unde & ex Hiſtoricis obſervare licet, magorum lamiarumque vitam ſemper fuiſſe flagitioſam atque calamitoſam, famam contaminatam, exiſtimationem contemptam, finem denique miſerrimum. Cardanus *lib. de ſubtilitate 18 p. 924.* Teſtantur hoc exempla quàm luculentiſſimè. Inter viros primum locum facilè tenet Simon ille, magi qui habuit cognomen, hic Dæmonum ope, uti etiam ex ſacro liquet Codice, multa prodigia fecit, quæ licet aliis mirabilia ac planè divina viderentur, adeò ut Romani eum non colerent tantùm atque obſervarent, ſed divinos etiam tribuerent honores, erectâ arâ cum inſcriptione, SIMONI SANCTO DEO, ipſe tamen meras eſſe quæ faciebat Dæmonum præſtigias atque illuſiones non ignoravit. Tandem per aërem volans, Petri oratione ac precibus, in terram confractis omnibus oſſibus atq; in æternum barathrum eſt præcipitatus. Et ſi Neronis omnibus omnis turpitudinis notis inſignis magi vitam vitæque finem accuratius aliquantò examinaverimus, inveniemus nullum extare exemplum ex quo clarius & evidentius ediſcere queamus quo in ſtatu magorum res per omnem ſint poſitæ vitam, & qualem ſortiantur vitæ exitum. Hic antequam rebus Magicis ſtudebat Princeps erat, ut optimus ita feliciſſimus, ut Trajanus proverbialiter de eo dixerit: Omnes Imperatores à quinquennio Neronis longè diſtare: Sed magicis artibus animum applicans quantum mutatus ab illo de quo Trajanus? Certum eſt nullumque dubium, hominem flagitioſiorem, contaminatiorem, contemptiorem, afflictiorem miſerioremque ſub ſole vixiſſe nunquam. Nonne enim à Deo derelictus, ab amicis & cuſtodibus deſertus, imò damnatus & baculis ad mortem jam cædendus, ad vitandam necem adeò ſævam ad ἀυτοχειρίαν confugere ſibiq; violentas inferre manus coactus fuit? Vid. Svetonius *in Vita Neronis.* Sed & Maxentius Cæſar omnes magorum nænias apprimè callens, tandem ἀυτόχειρ factus eſt.

§. 4. Et riſu dignum eſt exemplum quod narrat ſæpiùs alleg. Strozzius Zigogna *lib. 4. cap. 8. d. tr.* verbis ſequentibus:

bus: *Concurrerunt in aula Anglicana*, inquit, *duo magi jucundum exhibituri spectaculum, paciscuntur singularem una in re sibi invicem parendi necessitatem: prior jubet alterum per fenestram despicere, quod cum faceret enatis subitò cervinis ex capite cornibus, cunctorum sannis & ludibriis diu fuit appetitus. Quare quàm impotens injuria tam cupiens vindicta atrocioris pingit carbone in pariete humanam effigiem: tum priori mago imperat subire effigiem illam, parietem cessurum ingredienti, mortem sibi cernens præsentem horrere hic & deprecari; urgere alter conventa. Subit ergò coactus & visus corpori dare paries locum ingredienti: sed ingressus nusquam postea comparuit. Scilicet superior Dæmon eum occiderat & corpus in desertum vel speluncam alicubi abdiderat, nec inviti Dæmones alter alteri prædam relinquunt.* De Comite Matisconensi magiâ ac sacrilegiis infame, refert idem, eum, cum aliquando in templo consedisset à Diabolo vivum abreptum attonitos ministros conspexisse, omnibus lamentabilem ejus vocem: succurrite cives, succurrite cives: audientibus.

§ 5. Hisce accedit Johann. Faustus Diaboli σκωραμὶς h. e. vas in quod Diabolus suum stercus injiciebat ex Knüdtling oppidulo oriundus; de quo quæ vulgò circumferuntur mira sunt, magna tamen ex parte conficta. Sed quicquid sit, certum est expertum eum fuisse magum, multaque Dæmonis ope præstigiatoriè effecisse, unde & miserrimum nactus est vitæ exitum. Oppido enim egressus in pago quodam dum pernoctat, ab hospite inter cœnam rogatus, cur adeò tristis esset, monuit ne strepitu, si quem ea nocte audiret, moveretur. Qua nocte Diabolus tanto fragore ad eum venit ut domus è fundamentis everti videretur, Faustus verò mane inversa facie juxta lectum inventus fuit. Et sic historiam hanc referunt Elich. *d. tr. qu. 16. p. 207.* Strozzius Zigogna *d. tr. & loc. p. 544.* Wierus *lib. 2. cap. 4. n. 30.* add. Rudolphus Widmannus *in Historia Fausti part. ult.* ubi siccis oculis rem haud lecturus es. Nostrum est hinc concludere hanc esse Diabolorum naturam ut integram prædam nunquam sibi è

manibus

manibus eripi patiantur. Unde & Peucerus *de Magia* scribit, Dæmones plerumque ante constitutum tempus violato nec finito societatis jure socios suos (magos puta) vel ancipitibus falsisve præstigiis deceptos perdere, cum per edita mendacia eos produnt & judicibus vinciendos necandosque tradunt, vel ipsi tragico aliquo tristique supplicio interemptos abripiunt in æternos cruciatus.

§. 6. Sed ut eò majorem adhuc doctrina hæc mereatur fidem lubet exempla à Wiero *l. c.* collecta summatim saltem hic recensere. Et Zoroastrem quidem magorum Principem absumsere flammæ, Cynopem verò, Johanne Evangelista orante, absorbuere fluctus, Hollerus miserrimè trucidatus: Odda verò, magus Danicus, submersus in mari; sacerdos quidam Noribergensis in specu fuit oppressus à Dæmone, Saltzburgensis denique incantator à serpente enecatus. Plura adhuc repertuntur exempla apud autores qui hæc magorum tractant portenta. Veluti apud Rudolph. Widmannum *in Histor. Fausti part. 3. cap. 18.* Christoph. Irenæum *in lib. Germ. cui. tit.* Spiegel der Höllen.

§. 7. Ad pœnam temporalem quod attinet, dantur qui sagas ab extremi supplicii pœna immunes esse debere defendere conantur, quos inter reperitur quoque Antonius Prætorius in dem genanten gründlichen Bericht von Zauberey und Zauberern. Cui jungunt Wierum sæpius allegato *libro de Præstigiis Dæmonum* qui imprimis *cap. 23. & 24. lib. 6.* hâc de materia est solicitus, addatur ejusdem singularis tractatus *de Lamiis* qui tamen in suo Apologetico se defendere studet. Sed vereor an non per omnia veritati conforme sit quod scribit de Wiero Besoldus *l. c. p. m. 382. Wierus*, inquit, *de præstigiis & Lamiis scripsit admodum periculosè & contra mentem antiquorum.* Et licet concedamus eum non ab omni pœna eximere sagas, hoc tamen omni caret dubio, quod nullam in hunc concubitum statuat pœnam, cum uti antea relatum prorsus eum neget, imò cum quadam stomachatione de eo scribat. Non piget melioris evidentiæ ergo

aliquot ejus adſcribere loca. Sic *lib. 6. c. 22.* poſtquam affirmaverat fœdus Lamiarum cum Satana initum eſſe imaginarium *p. 748.* confeſſionem earum erroneam *ibid.* eas non eſſe idololatras nec apoſtatas *p. 754. & 755.* nec homicidas *p. 756* de hoc coitu hæc ſubdit. *Inde etiam defenditur.* (ſcil. ab adverſariis) *Dæmones cum lamiis reverâ carnalem explere libidinem & inter fœdos amplexus in familari colloquio eas interrogare Dæmones quæ volunt & reſponſa quærere. Hoc etſi ſatis ſuperque ſit confutatum ſupra, ut non tam vanam illarum confeſſionem quàm ſtultam adverſariorum credulitatem mirer: denuò tamen tribus hic reſpondeo verbis, Diabolum ſpiritum, nec carnem nec oſſa habere, quæ ad hoc opus perficiendum deſiſiderantur, organa deſunt nimirùm penis teſticulique, & materia ſemen ſcil. ex ſanguine & idoneo ſpiritu genitum.* —— *Hunc actum,* pergit, *ludibrioſum eſſe demonſtravi, qui tamen à quibusdam verè & realiter peractus eſſe contenditur, quemadmodum & chorea, commeſſationes cum Dæmonibus, & neſcio quæ rerum ludibria copioſè multis documentis tertio libro confutata: quapropter & ea repetere quæ in rerum naturâ non ſunt longioremque diſputationis telam contexere, profectò piget.* Et *cap. 25. p. m. 776. n. 30.* ita loquitur; *Lamiis autem noſtris tum ætatem decrepitam, tum ex miſeria deſperationem, tum phantaſiæ vitium, tum pharmaca furorem inducentia, tum Dæmonem ita penitus omnem eripere mentem docuimus, ut quæ nec facere nec potuere, feciſſe tamen ſe confiteantur, ſeque ipſas, in apertam præcipitent ſua ſponte mortem.* Unde & *c. eod. pag. 783. n. 20.* ita infert. *Quare commiſeratione potius, omnique auxilio digna ſunt quam pœnâ.*

§. 8. Magna ex parte conſentit cum Wiero ſæpè ſæpius allegatus Thummius *d. tr. p. m. 91.* ſtatuens ibidem lamias quæ dolo ac fraude deceptæ, pactum cum Diabolo (qs, contra voluntatem) quod ille præſupponit, ac ſi non etiam ſponte hoc faciant? inierunt, propter ſolam abnegationem ſi externum aliquod maleficii delictum non accedat, ultimo ſupplicio afficiendas non eſſe, ſed erigendas potius, ſanctiſſimisque

ſimisque inſtitutis & monitis à nefando hoc ſtudio abducendas, ut reſipiſcant & priſtinam libertatem excuſſo Dæmonis jugo, ejuratoque ejus imperio recuperent, aut ſi animum obfirmarint è finibus Chriſtiani orbis exterminandas, quàm ullo ſupplicii damno augendas eſſe. Sed reſpondetur (1) rariſſimè fieri ut lamiæ cum Dæmone paciſcentes, hominibus, vel ſaltem jumentis, non inferant damnum, ut quod pactionem illam Satanicam ceu effectus infallibilis ſæpiſſimè ſubſequitur. Accedit (2) quod licet nemini nocuerint lamiæ, nihilominus ex conſtitutione Juris Saxonici *part. 4. conſt. 2.* ſola pactio cum Diabolo inita rigoroſam hanc poſt ſe trahat pœnam. Nec refragatur conſtitutio Carolina *art. 109.* in verbis: Wo aber iemand Zauberey gebrauchet / und darmit niemand Schaden gethan hätte / ſoll ſonſt geſtraffet werden / nach gelegenheit der Sach / darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen ſollen / wie vom Rathſuchen hernach geſchrieben ſtehet. Etenim quod hoc caſu quo hominis vel beſtiæ enecatio non ſit ſecuta, arbitraria conſtituatur pœna, id reſtringendum ad eum caſum quo quis veneno nocere tentavit, nec tamen in effectum deduxit; vel accipiendus textus de ejusmodi magicis artibus vel præſtigiis quæ exercentur citra abnegationem divinæ majeſtatis expreſſam, uti eum explicat Binsfeldius *in l. 6. C. de maleſic.* Sicuti (3) atrocitas & qualitas hujus delicti attendenda, utpote cui utplurimum alia delicta ut apoſtaſia, Idololatria, blaſphemia & libido nefandiſſima, quæ omnia pactionem iſtam concomitantur, accedere ſolent. Vid. Carpz. *p. 4. c. 2. d. 2.* Paul. *lib. 5. ſentent. c. 23.* Weſemb. *in Paratit. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 28.* Idem, cum Vult. *ad §. 5. inſt. d. P. J. n 8.* Stephani ad *C. C. C V. art. 109.* Berlich. *concl. 5. n. 38. p. 5.* ubi diſtinctè hanc materiam tractat. Et hinc in irroganda pœna ignis ſolam pactionem & abnegationem reſpicit quoque Jus Prutenicum *lib. 6. Tit. 4. a. 1. §. 1.* in verbis: *Itaque ſi quis Chriſtianus fide derelicta, ſacramentum Deo præſtitum perfidè violaverit, & contra cum Satana, humani generis hoſte pactum feciſſe, aliudve commercium habuiſſe,*

etiamsi nemini nocuerit, multoque magis si homines aut animalia veneficio læsisse, aut alia damna infelici sua arte dedisse, convictus fuerit, eum vivum exuri & ultricibus flammis è medio tolli debere sancimus & decernimus. Cæterum non dissentit ab autoribus allegatis pro Lamiis pugnantibus Godellmannus *lib. 3. cap. 11. num. 32. de Magis & Veneficis* ubi de pœna lamiarum agens ita distinguit. Lamias aut fateri possibilia, videlicet se homines & jumenta sortilegiis & magica arte interfecisse, & de hoc si constet absque ulla dubitatione *juxta Const. Carol. a. 109.* esse comburendas: aut fateri impossibilia, scil. se per angustum foramen in aërem volasse, in bestias fuisse transmutatas, cum Diabolo venerem exercuisse, & non esse ob id puniendas sed verbo Dei potius melius instruendas. Aut denique fateri se contractum cum Satana iniisse, & hoc casu pœna extraordinaria ut fustigatione relegatione, mulcta pecuniaria resipiscentes punire posse. Et hanc esse pœnam temeritatis, putat, quod Dæmoniacæ suggestioni & ludibriis non satis constanter restiterint imò etiam consenserint.

§ 9. Sed ut propius ad rem accedam, dico, rectè decreto Innoc. Papæ hujus nominis VIII statutum ut fidei inquisitores in maleficas mulieres cum Dæmonibus turpiter consuetudinem habentes uti par est animadvertant vid. Elich. *qu. 9.* cum apud nullam moratiorem gentem Lamiæ impunitæ fuerint relictæ. Sic Bononienses solebant maleficos utriusque sexus nudos ad umbilicum usque, veteri ex palatio educere, asino imposito inverso corpore, ita ut ligatis manibus caudam asini, quem lento ductu præibat lictoris minister retinerent. Capiti imponebatur mitra chartacea, in qua terrifici cacodæmones, qui forcipibus suis ignes infernales moverent, depicti erant. Interea dum solenni hoc progressu circumducebantur, à lictore comitante virgis egregie in pectore & dorso cædebantur. Cum verò è foro publico perventum esset in cœmiterium ædis Dominicanæ, deponebantur ex asino, & à carnifice in conclave quoddam

superum

ſuperum deducebantur, cujus pergula firmata cancellis ferreis. Hinc capite galeato ſedi curuli quæ rotis quatuor ferebatur impoſiti ter in pergulam prominentem detrudebantur, ubi & per horæ quadrantem conſiſtebant. Interim à ſpectante foris turba, ridente clamanteque lapidibus impetebantur, fruſtra tamen ferè ob interpoſitos cancellos ferreos. Tandem vinculis ſoluti & pro delicti qualitate puniti ablegebantur in exilium. A Perſis, à quibus tamen magia primam originem traxit, ſupplicio omnium graviſſimo affectos fuiſſe magos conſtat: magi enim caput in amplo lapide impigerunt, rurſusque alio ſuperinducto lapide illud effregerunt. Godelm. *lib. 3. cap. 11. n. 15.* Plura videantur apud Bod. *lib. 4. c. 5. Dæmonomaniæ*, ubi quindecim ſagarum crimina eorumque pœnas ſat diſtinctè proponit, qui & rectè contra patronos magorum lamiarumque *lib. 4. c. 5. p. 415.* ita ſcribit: *Quamobrem quicunque magis effugia comparant aut eos ſummo jure punire nolunt, ii pro certo habeant fore ut magorum arbitrio à Deo permittantur; ſimiliterque regionem quæ eos toleravit, peſte, fame, bellis afflictum iri: & qui ulti fuerint, eos benedictionem Dei percepturos ejusque furorem ſedaturos.*

§. 10. Pœna autem in lamias, magosque cum Dæmone deteſtandam hanc libidinem exercentes eſt ignis. Etenim ſi ſolum pactum cum Dæmone initum pœnam hanc mereatur, multò magis ſupplicium hoc locum habebit ſi lamiæ cum Diabolo concubuerint. Accedit quod ſodomia cum brutis commiſſa hanc pœnam poſt ſe trahat, cum tamen hæc cum Diabolo perpetrata illa ſit longè fœdior & deteſtabilior. vid. Carpz. *d. p. 4. c. 2. d. 3.* qui non ſolum ibi, ſed & in toties citata *Pr. Crim. l. c.* multis doctrinam hanc confirmat præjudiciis. Nec eſt quod quis de rigore hujus pœnæ conqueratur: ei enim regerimus ex Bodino *l. c. p. 375.* quod ſi quis modus unquam extitit ſedandi iram Dei, benedictionem ejus obtinendi, alios perterrendi aliorum ſuppliciis, hos ab illorum corruptione conſervandi, improborum numerum minuendi, bonorum vitam confirmandi & improbitates ſummè

mè deteſtandas quas ingenium hominis excogitare poteſt puniendi, hunc certè unum eſſe, ut omni rigore caſtigentur magi ac lamiæ. Quamquam rigoris vox non ſatis reſpondet, cum nulla ſit tam crudelis pœna quæ puniendæ magorum improbitati queat ſufficere; omnia enim ipſorum ſcelera, blaſphemiæ & inſtituta invehuntur in majeſtatem Dei, ut mille modis irritent & exacerbent eum. Et nonne Manaſſes Rex ob magiam & conventionem cum Diabolo initam ſpoliatus fuit regno? nonne numella in carcere fuit coercitus? nonne, utut poſtea pœnitentiam egerit, eo extincto poſt annos quinquaginta Jeremiæ dixit Deus *Jerem. 19, & 15. Igne & cædibus delebo iſtud oppidulum propter execrabilia ſcelera Manaſſis Regis.* Et nonne de loco Tophet ubi Satanæ ſacrificaverat, dicitur, eum fore locum cædium ad vindictam iræ divinæ (ut contigit) exercendam.

§. 11. Locum autem habet hoc ſupplicium ignis etiamſi nulla pactio expreſſa inter lamias & Dæmonem interceſſerit Carpz. *d. l.* dummodo de concubitu conſtet, tum ob atrocitatem delicti, tum quia ſagæ & lamiæ cum Dæmone coëuntes, facto ipſo ſe Diabolo mancipant & obſtringunt, ſupponentes ei corpora ac membra ſua quæ vaſa ſunt Spiritus Sancti, ex quo cum Dæmone una quaſi caro fiunt. De Jure Saxonico hanc pœnam & hoc caſu locum invenire defendit laudatus Carpz. *Pr. Crim. d. p. 1. qu. 49. n. 46. & ſeqq.* ubi & pro confirmanda hac ſententia citat Matth. Stephan. *ad art. 109. C.C.C.V.* & Georg. Remum *in Paraphr. ad d. art.* addens quam plurimas Dnn. Scabinorum Lipſienſium ſententias easque omnes hiſce formalibus conceptas fuiſſe monet. So möchte ſie von wegen ſolcher mit dem Teuffel gehabten Gemeinſchafft / und auch begangenen und bekanten unmenſchlichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V. R. W.

§. 12. Sed an & cadavera ſagarum convictarum, quæ in carcere ante executionem conſcientia perpetrati ſceleris ſe interfecerunt, aut aliàs mortuæ reperiuntur, comburi

poſſunt?

possunt? Dari ejusmodi exempla, extra controversiam est, sicuti & ex sagarum confessione constat Diabolum eas ad hoc, ut violentas sibi inferant manus allicere & media suppeditare, & ut rem fide digniorem reddam placet verba quædam ex Sent. 21. quæ est apud Carpz. *d. l.* adscribere. Alß Inquisitin, zur gefänglichen hafft bracht / were Er zu ihr in den Thurm kommen / und die verbohtene Unzucht mit ihr abermahlß getrieben / —— wie den auch endlichen ihr Bule Lucas an einen Mittwochen / als gleich der grosse Sturmwind gewesen / zu ihr inß Gefängnis kommen / und gesagt sie würde bald andere Post und Bottschafft erfahren / und zugleich das Werck der unnatürlichen Unzucht mit ihr vollbracht / auch ihr den rath gegeben / daß sie sich selbsten umbringen und erhencken solte / darzu er ihr einen Strick dargereichet. Nachdeme sie aber es nicht thun wollen / were er wieder von ihr gewichen und den Strick mit sich genommen / zc. Quid igitur tali eveniente casu statuendum? Non posse in cadaver sententiam ferri, aut illud supplicio affici videtur evinci posse ex *l. 6. ff. d. P. J.* ubi Marcianus ait: Defuncto eo, qui reus fuit criminis, pœna extincta: add. Bossius *Pract. Crim. Titul. d. Execut. n. 18.* unde & illud: mortem omnia solvere. Verum, utut concedatur, propriè hanc non esse pœnam, utpote cum cadavera pati nequeant, pœna autem sit malum passionis quod infligitur ob malum actionis H. Grot. *lib. 2. D. I. B. & P. c. 20. n. 1.* nihilominus tamen ob atrocitatem delicti cadavera quoque sagarum in terrorem aliorum, ut â tam nefando delicto absterreantur flammis absumi summè justum est. Nec quicquam ad rem faciunt rationes in contrarium allatæ, cum adducta *l. 6. d. P. J.* in delictis atrocissimis locum non inveniat *l. 20. ubi Gloss. ff. de accusat.* & Brocardicum illud: Mors omnia solvit, fallat præcisè eo casu ubi debitor delinquens (reus scil.) de crimine quopiam capitali confessus aut convictus ex conscientia patrati delicti seipsum interfecit & ita executionem supplicii prævenit mortemque acceleravit: tunc enim arbitrium judicis propter exemplum & terrorem & quia delictum delicto cumulavit

 mulavit

mulavit eò protenditur, ut cadaver ejusmodi hominis scelerati vel suspendi, vel rotæ imponi, vel etiam pro delicti varietate ac qualitate comburi queat. vid. Heig. *lib. 2. qu. 37. n. 32.* Farinac. *Pr. Crim. lib. 1. tit. 1. qu. 10. n. 80.* Menoch *de. A. I. Qu. lib. 2.* cas. 285. Carpz. *p. 3. Pr. Crim. qu. 131. n. 8.* Et si cadaver illius qui furtum commisit (præjudicium vide apud Philipp. *U. I. Pr. lib. 4. Ecl. 86.*) vel crimen læsæ Majestatis humanæ, pœna affici potest *l. fin. ff. ad L. Jul. Maj.* quanto magis cadaver magi vel lamiæ qui quæve crimen læsæ Majestatis divinæ commisit? Præjudicio doctrinam hanc confirmat Godelmann. *lib. 3. cap. 11. tr. de magis &c. n. 24.* quod sequens: Hat N. der Zauberer bekant und außgesaget, daß er mit seiner Zauberey seines Nachbahrn Hauß-Frau und Kind umbs leben bracht, und er solches genugsahm ist überzeuget, und hernacher mit dem umgedreheten Halß im Gefängniß todt gefunden worden. Demnach erkennen wir N. darauff vor recht, daß der todte Cörper, nachdem er für das öffentliche peinliche Halßgericht fürgestellt, zur Wahlstatt geführet, und daselbst anderen zum Abscheu verbrandt werden möge. V. R. W. De saga à Diabolo durante tortura enecata exemplum videsis apud Carpz. *l. c. n. 46.*

§. 13. Nihil verò refert quoad pœnam ignis ob sodomiam cum Diabolo commissam maleficis infligendam, an sint masculini vel fæminini sexus. Quia enim uterque sexus eodem modo in hoc genere delicti peccat, quid mirum eandem quoque ratione utriusque obtinere pœnam? ubi enim eadem ratio, ibi etiam esse debet eadem juris dispositio. *l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 9. § 2. ff. d. Edend.* Finckelthuß. *O. 60. n. 1.* add. Carpz. *l. c. n. 51* unde & D. Augustus Elector absque sexus discrimine pœnam ignis maleficis imposuit *Const. 2. p. 4.* in verb. So jemands. Item: daß dieselbige Person. Quibus verbis uterque sexus exprimitur. Nec ad rem facit quod à Godelmanno *d. l. n. 40.* objicitur: gravius scil. quoad sexum puniri viros quam mulieres quæ pœnam leviorem merentur *l. quicquis §. ad filias C. ad L. Jul. Maj.* in verbis *Mitior circa eas debet esse sententia,*

tia,

tia, quas pro infirmitate sexus & *minus ausuras esse confidimus* add. *l. 38. §. 1. & 2. ff. ad L. Jul. de adult. c. indignantur 32. quæst. 6.* ubi dicitur: tanto gravius viros puniri oportere, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo regere fæminas, hincque Aurelianum Imperatorem Zenobiam ad pœnam à militibus requisitam, quod sibi Imperium usurpaverat, vitâ donavisse, indignum existimans mulierem interimere. Vopiscus *in Vita Aureliani.* Adduci quoque solet pro confirmanda hâc sententia Vergilius *lib. 2. Æneidos* ubi ita canit

Nullum memorabile nomen
Fæminea in pœna est.

Et Plinius *lib. 8. Naturalis Historiæ.* scribens: leonem ubi sævit, in viros plus quàm in fæminas fremere: veluti eum natura docuerit fæminas clementius quam mares tractandas. Etenim hisce omnibus tribus potest satisfieri verbis; scil. ubi lex non distinguit neque nostrum esse distinguere, imprimis cum neque lex divina inter mares & fæminas quoad pœnam magiæ ullum faciat discrimen, sed indefinitè dicat, *Sive vir sive mulier, in quibus est pythonicus, vel divinationis spiritus, morte moriatur. Lev. 20. vers. 27.* Et regula est quod in casibus solum à lege expressis mitior pœna irroganda sit fæminæ quàm mari vid. Hunn. *ad Tr. Vol. 1. D. 2. qu. 3. An in pœnalibus sub sexu masculino etiam femineus comprehendatur?*

§. 14. Sed *anne ætas seu senectus ab hac pœna ignis excusationem præbet?* Existimant hoc non pauci, statuentes ejusmodi aniculas ad melancholiam pronas misericordia potius quam severitate tanta dignas esse. Quo pertinet illud Vergilii *lib. 12. Æneid.*

—— *Dauni miserere senectæ*

Et illud Euripidis in Bachis.

Vestram senectam video mentis indigam.

Item Plauti illud in Mercatore.

Senex quom exemplo est, jam nec sentit nec sapit
ajunt solere eum repuerascere.

 Hinc-

Hincque tritum illud: Bis pueri senes: alte Leute werden wieder kindisch. Verum utut sagæ plerumque in eâ senectutis constitutæ sint parte, quæ ætas decrepita dicitur, nihilominus tamen propterea non sunt melioris conditionis sagis statæ ætatis, cum ex diuturniore exercitio suæ artis, inveterata sit in ipsis malitia, adeoque severiorem pœnam mereantur, quo diutius peccarunt Balduin. *Cas. Consi. lib. 3. c. 5. cas. 13. p. 764.* Et hinc Scabini Lipsienses aniculæ annis 86. pœnam ignis dictare non erubuere: *M. Jul. 1583.* Verba sententiæ ita se habent. Haben M. L. und die Vogelmansche so ein Weib von 86. Jahren/bekant/ daß sie beyde mit dem Teuffel Lucifer und Rauschen gebulet / und Unzucht getrieben —— da sie nun beyde auff solchen ihren gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würden / so möchten sie alle beyde / von wegen ihrer solchen begangenen und bekandten verbrechungen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestraffet werden. vid. Carpz. *d. l. n. 66. Sent. 5.*

§. 15. Ut verò severissima hæc pœna locum habeat illud necessario requiritur ut de corpore delicti certò constet; etenim si de eo non constiterit, certum est contra reum procedi illumque puniri non posse. Hippol. de Marsil. *in Pr. Crim. in pr. n. 5. & seqq.* Et hoc procedit etiamsi confessio delinquentis adsit clara & perspicua Carpz. *d. l. n. 56.* Boer. *decis. 164. n. 8.* Quoniam verò in occultissimo versamur crimine, certè ex quibus præsumtionibus & indiciis certitudo maleficii colligi queat, certis regulis definiri nequit, sed prudentis judicis arbitrio tota res committenda. vid. Besold. cit. *Thesaur. Pr. lit. H. Voce* Hexen *p. 382.*

§. 16. An verò crimen hoc nefandissimum, confiscationem bonorum quoque post se trahat, inter DD. quæri solet quibusdam affirmativam quibusdam verò negativam defendentibus sententiam. Affirmativam, quod scil. bona lamiarum fisco cedant evincere satagit Frider. Martini ICtus & Antecessor Fridburgensis *in peculiari Dissert. Tr. de Censib.* annexa. Contrariam verò defendit Adamus Kellerus *in Tr. de Success.*

ab inte-

ab intestato, fol. 275. Sed distinctionis fœdere bellum hoc componi posse, existimamus: aut enim de jure veteri Digestorum scil. & Cod. *vid. l. 29. ff. d. pœn. l. 4. C. d. malef. & mathem.* sermo est & confiscationem locum habere omni caret dubio vid. Carpz. *Pr. Crim. p. 3. qu. 135. n. 2. & 3.* Berlich. *p. 4. Conclus. 5. n. 27.* Farinac. *Pr. Crim. lib. 1. tit. 3. qu. 20. n. 88.* Jul. Clar. *lib. 5. Sentent. §. hæresis n. 25. sub fin. vers. pœna autem de jure communi. &c.* aut de jure novo, & imprimis Recessuum Imperii vel potius Sanctionis Carolinæ, & de eo nullo modo extra crimen læsæ Majestatis in Imperio Romano Germanico confiscatio bonorum locum inveniet, cum expressè ita in d. C. C. C. V. art. 218. cautum sit. Quod si tamen in loco extra Imperium adhuc obtineret hoc casu confiscatio, rigorem ejus hunc in modum ex Christiana charitate temperari posse, putat Besold. *l. c. p. 383.* Daß man (1) alle unkosten von der hingerichten Güter / und zwar völlig erfordere / ita ut inopum sumtus magistratus non ferat (2) daß man den descendentibus nichts abnehme (3) dem marito seine spem successionis nicht entziehen (4) denen ascendentibus was von ihnen her kommt verfolgen lasse & (5) Fiscum den collateralibus præsertim remotis vorziehe addatur Klock. *tr. de Ærario lib. 2. cap. 85. à n. 34. usque ad fin.* ubi ex professo de hac quæstione tractat. Sed hæc ei qui summam habet potestatem & condere leges vel statuta potest consideranda relinquimus, illud solum observantes quod cum mago insignia familiæ comburantur Hopingk. *de Jur. Sigillor. cap. 16. n. 39.* daß mit einem Zauberer das Wappen verbrand werde.

§ 17. Cæterum mitigatur prædicta pœna ignis rigorosa (1) Si lamia nondum accusata & incarcerata veram non simulatam agat pœnitentiam. Dico, si nondum accusata vel incarcerata hoc fecerit: communiter enim distinguere solent an lamiæ jam accusatæ & à judice præventæ maleficium fateantur & seriam agant pœnitentiam; an verò nec accusatæ nec præventæ à judice à maleficio desistant, pœniteant & fidem Christianam recipiant: ita ut priori casu mitigatio pœnæ locum

 cum

cum non habeat, benè vero posteriori vid. Bodin. *d. tr. lib. 4. cap. 3. p. m. 209.* Carpz. *d. l. n. 72. & seqq. & p. 4. c. 2. d. 10.* nec non Berlich. *l. c. n. 72. & seqq.* ubi DD. hac de quæstione recenset opiniones propriamque subnectit. Dixi verò spontaneam confessionem seriamque pœnitentiam mitigare pœnam, putandum enim non est eam in totum hâc de causa remitti, cum regulariter pœnitentia post delictum commissum ab omni pœna non excuset. *l. 65. ff. d. furt.* hinc licet remittatur pœnâ ignis ordinaria locum tamen habebit pœna gladii vel alia extraordinaria Sic Dn. Scabinos Lipsienses lamiæ cuidam quæ inter cætera delicta cum Diabolo quoque concubuerat, & nondum incarcerata vel accusata recedendo à pactione cum Diabolo contracta pœnitentiam egerat pœnam gladii dictasse, refert Carpz. *l. c. n. 79.*

§. 18. Sed & (II) ob tenellam mitigari solet pœna hæc ætatem: si scil. lamia nondum sit pubertati proxima, sed infra hanc ætatem constituta, tunc enim pœna ignis quidem remittitur, loco tamen ejus castigatio quædam substitui solet. Et hinc, teste Herm. Gœhausen *in Process. contra Sagas qu. 17.* Facultas Juridica Rintelensis puellæ cuidam novem vel decem annorum, quæ maleficium à noverca edocta aliquoties cum magistello suo consueverat, ac cum matre nocturnos conventus visitaverat, spe emendationis pœnam dictavit virgarum hisce formalibus. Was das Mägdlein betreffen thut / wie wohl auß den actis offenbahr / daß sie ihren Leib den Teufel zu der allerschändlichsten Boßheit prostituiret und ergeben: So befindet sich gleichwohl auß erwegung der umbständen / daß sie durch ihre Stieffmutter zu diesem Handel angeführet / und solches zu verschweigen bedrauet worden / sie auch nicht mehr / als 9. oder 10. Jahr alt. Dahero ist sie in Betrachtung solcher umbständen / und zuvoraus wegen ihrer Jugend pœna extraordinaria zu straffen / und mit Ruhten zustreichen / auch ihrer schweren Sünden durch die Prediger zu erinnern / und darauf redlichen anverwandten oder anderen Ehrbahren Leuten zu befehlen / die das Mägdlein im beten und Christlichen Cate-

Catechismo unterrichten / und in stetiger auffsicht und harter disciplin bey sich behalten mögen / und were zu wiederbringung und besserung deß Mägdleins nicht undienlich / daß wen die Straffe deß Feuers an ihrer lehr-Meisterin der Stieff-mutter vollen strecket würde man sie zugleich hinauß führen / dem supplicio zuschauen / und in den Gedancken liesse / alß solte sie mit gleicher Straffe beleget werden / damit ihr hiedurch die Erkäntniß ihrer Mißhandelung desto tieffer eingebildet/und sie ihr lebtage desto grosser Abscheu ob solchen Sünden trüge / und wenn solches verrichtet / könte alßdan das Mägdlein mit gemeldter pœna extraordinaria beleget / und sie obgesetzter massen andern befohlen werden. V. R. W.

§. 19. (III.) Idem vero non obtinere in lamia in minorennitate constituta, tradit Berlich. *l. c. n. 60.* ibi. *Quintò ampliatur, ut nec rationem ætatis habere conveniat, an magi & venefica minorennes sint an non.* cum quo sentit Bodin. *lib. 4. c. 4. post med.* regula namque est, quod delinquens ob minorennitatem regulariter à pœna ordinaria non excusetur. *l. 9 §. 2. l. 37. ff. de minor. l. 1. C. si advers. del.* ibi. *In criminalibus quidem ætatis suffragio minores non juvantur, etenim malorum mores infirmitas animi non excusat.* add. *l. 2. C. d. t. l. 36. ff. ad L. Jul. de adult.* Et hoc maximè fieri debet in delictis spiritualibus & contra naturalem humanitatem hominum quale est apostasia & expressum cum Diabolo pactum, nec non concubitus cum eodem. Butr. *in cap. ex literarum num. 11. de apostatis.* Etenim si fures pubertati proximi non planè à pœna mortis liberantur *C. C. C. V. a. 164. l. excipiuntur 14. ff. ad SC. Sylanianum* (ubi puer non multum à puberis ætate distans; qui ad pedes Domini cubuerat, cum occideretur, nec postea cædem ejus prodiderat, capitalem patitur sententiam) an parcendum puellæ quæ se Diabolo mancipavit divinamque majestatem abnegavit, nefandissimamque cum Dæmone exercuit libidinem? Major certè favor divinæ esse debet Majestatis quam privatarum personarum, uti in terminis hujus nostri casus loquitur Mezgerus *Conf. Crim. 7.* add. Binsfeld *in tr. de Sortilegiis fol. 519.*

Prosper-

Prosper Farinac. *Pr. Crim. p. 3. tit. 9. quaest. 17. n. 31.* Mynsing. *cent. 2. obs. 30.* jungatur Carpz. *Pr. Cr. p. 3. qu. 43. n. 59. & seqq.* nec non Joseph. Ludov. *Dec. Lucens. 17. n. 72.* ubi ait, quod quando sumus in pubere majore 14. annis & minore 25. annorum, qui sit doli capax, & malitia suppleat ætatem, isto casu arbitrium judicis posse extendi usque ad mortem inclusivè. Putandum tamen non est, judici omnem ademptam esse potestatem pœnam minori pro circumstantiarũ qualitate mitigandi, quin potius ei hanc competere clarè innuit *l. 37. ff. d. minor.* in verbis. *Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit.* Vid. Dn. Mullerus *in peculiar. Differt. de eo quod justum est circa misericordiam. cap. 4. th. 16. & in Comm. ad tit. d. Reg. Jur. part. poster. Disp. 7. notab. 2.* Unde & ipse Berlich. *d. l. n. 61.* unâ cum Bodin. *l. c.* in minore pœnam hanc ordinariam locum sibi non vindicare statuit, si pater, mater, aut Dominus tanta sit improbitate, ut filium filiam vel servum eò compellat ut Deum abneget.

§. 20. (IV) Paupertatem & numerum liberorum ordinariam ignis pœnam in extraordinariam commutare valere, defendit Godelm. *lib. 3. cap. 11. n. 42. & seqq. de Magis & Venef.* idque (1) per *l. 7. §. 3. ff. d. bon. damnatorum.* in verbis; *Favorabilem apud me causam numerus liberorum facit.* (2) quia tales mulierculæ sæpè domi nec frustum panis, nec obulum quo se suosque sustentare possint habent, hincque Diabolum earum videns tristitiam, illis quibuscunque modis insidiari, promittendo liberaliter sustentationem: quo spectaret illud Chrysostomi- *Omni Diabolica actione potentior ad nocendum est mœroris magnitudo: quia dæmon quoscunque superat per mœrorem superat.* (3) probare hoc vult exemplo Sergii Galbæ qui hac ratione in judicio absolutus fuit, quod liberos suos parvulos in concionem produxerat: quo collimant illa Quintiliani *lib. 6. Quare*, inquit, *& obsecratio illa judicum per charissima pignora, utique & si reo sunt liberi, conjunx, parentes, utilis erit.* Sed cum paupertas privilegium hoc non habeat, ut à delictis excuset, meritò cum Berlich. *l. c. n. 58.* contrarium statuimus

tuimus, unde & mulier ob paupertatem aut famis necessitatem sese prostituens à pœna scortationis non excusatur. Carpz. *Pr. Crim. p. 2. qu. 70. n. 30. cum ibidem citatis*, neque leno summam prætendens inopiam à pœna lenocinii eximitur. *Id qu. 71. n. 70.* unde & in nostro casu mulierculæ ob paupertatem Diabolo se manc pare & cum eo turpiter concumbere non debent, sed laborare & honestum exercere quæstum, vel aliorum implorare opem, imprimis cum scire possint Diabolum nunquam stare promissis etiamsi vel obulum singulis hebdomatibus dare se velle promittat. Vid. *Sentent. 24. & 35.* apud Carpz. *d. p. 1. qu. 50. n. ult.* Quod autem ad multitudinem liberorum attinet, procedit lex allegata in pœnis arbitrariis & non uniformibus, sicuti & in atrocissimis delictis locum invenire nequit.

Potius (V) promissio impunitatis à judice facta ad extorquendam confessionem inter causas pœnam hanc asperrimam mitigantes ponitur. Licet enim judex non possit gratiam & impunitatem delicti promittere, & à tali promissione maximè abstinere debeat, promissam tamen servare tenetur: id quod efficit ut pœna ordinaria irrogari non possit, imprimis cum talis confessio quæ promissione impunitatis extorta libera & spontanea dici nequeat. Et sic pronunciarunt Scabini Lipsienses M. Nov. 1599. apud Carpz. *d. p. 1. qu. 50. sent. 16.* in verbis: **So möchte sie von wegen solcher begangenen und bekanten Zauberey / nach Gelegenheit dieses falß / weil ihr von euch Gnade versprochen / und uber ihr gütliches Bekäntniß / mit der Tortur wieder sie verfahren worden / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W.** Quod autem judex talem impunitatis promissionem intermittere debeat monet quoque Paulus Laymannus **im Rechtlichen Process gegen die unholden und Zauberische personen** ubi exemplum quod de Grillando narrat Janus Buissardus *de Divin. & mag. præstig. cap. 9.* improbat. Grillandus scil. cum examinasset Sagam quandam, quæ multa erat confessa post increpationem acerbam impunitatem ei promisit hâc lege, si eam pœniteret

 teret

teret tanti sceleris, juratoque promitteret, se defuturam imposterum officio Diaboli, prætereaque specimen aliquod artis suæ magicæ coram Magistratu & judicii assessoribus ederet; illa, non multum cunctando, jurato hæc omnia promisit. Exiverunt itaque simul urbe ubi saga venia impetrata aliquantulum ab iis discessit, in locum quendam, in quo sola commode omnia posset peragere, tandemque post varias ceremonias & murmurationes tantam tempestatem excitavit, ut præ timore & horrore Judex & magistratus quo se reciperent nescirent, nec etiam illi sententiam semel latam mutare ausi fuerunt. Saga autem eos alloquens, ne timerent aliquod periculum, se namque id satis aversuram, petiit ipsi locum ostenderent, ut ibi tempestas vires suas excuteret. Cum autem à Grillando ipsi monstratus fuisset locus saxosus incultus & solitarius, ibidem cum ingenti fragore & fulgure, ingentes procellæ & grandines ortæ sunt, quæ tamen non nisi loco assignato fuerunt noxiæ.

§. 21. Sed an ignorantia, si scil. lamia prætendat se ignorasse, fuisse hunc dæmonem cum quo concubuit, in totum cessare faciat pœnam, nunc examinabo. Fieri hoc posse ut quis ignoranter cum Diabolo concumbat probare videtur historia illa quam *cap. 3. §. 10.* retuli, quamque ex Frider. Martini. *tr. de jure Censuum p. 531.* recenset Thummius *d. tr. pag. m. 37.* de extincta nobilis cujusdam in Bavaria uxore in vitam reduce, quam & B. Lutherus ex ore Electoris Saxoniæ Johann. Friderici audivit, & addit: Jam est quæstio: Ob das rechte Weiber seyn? und ob das rechte Kinder seyn? davon sind meine Gedancken / daß es nicht rechte Weiber seyn können / sondern es sind Teuffel / und gehet also zu / der Teuffel macht ihnen diß gepler vor die Augen / und betreuget sie / daß die Leute meinen sie schlaffen bey einer rechten Frauen und ist doch nichts. Deßgleichen geschichts auch / wans ein Mann ist / dan der Teuffel ist kräfftig bey den Kindern deß unglaubens. Aliam huc collimantem historiam recenset Strozzius Cigogna *l. 3. c. 1. p. 307.* Pœnam igitur ignis hoc casu cessare debere defendit

Joh.

Joh. Franc. Ponzin. *tr. de Lamiis n. 83. post pr.* Sed meritò dubito an huic sententiæ subscribere queam, cum vix ac ne vix quidem fieri queat ut Iamia prorsus amatorem suum ejusve conditionem ignoret, unde & ignorantiam ac simplicitatem nihil ad rem facere jam dudum propugnavit Berlich. *l. c. n. 59.* Lutheri sententiam illustrare potest, sequens de Imperatoris Maximiliani I. conjuge defuncta historia, quam narrat Augustinus Lerchemer *in Tract. suo Germ.* von der Zauberey Heidelbergæ edito. Scil. Imperator hic conjugem suam Mariam Burgundicam ardenter admodum amabat, eamque mortuam lugebat vehementissimè. Hoc Abbas Joannes Trithonius Necromanticus insignis videns, promittit Cæsari, se in medium producturum defunctam, si ejus Majestati ita placeret, ut ejus consuetudine frueretur. Annuit Imperator, itur in conclave quoddam remotius, adjuncto tertio. Magus ne quis verbum proferret præsente spectro interdicit. Ingreditur spectrum pedetentim, Imperator miratus omnium membrorum convenientiam recordatur verrucæ in cervice conjugis, sed & ea quoque observanti apparuit. Horruit tandem Imp. & spectrum removeri nutu Mago mandat, & cum indignatione ait: Monache, talibus imposterum abstinere jubeo, addens etiam quàm difficulter linguam cohibuerit & vocem compresserit, quæ si erupuisset de vita tanti Imperatoris actum fuisset.

§. 22. Quid si lamia confiteatur quidem quod magicas exercuerit artes, nefandamque hanc peregerit libidinem, sed se à dæmonibus fuisse obsessam dicat, an pœna hæc locum habebit, an verò Dæmonibus hoc imputandum? Casum, ut loquuntur in terminis, cum annexa decisione proponit Grivell. *Decis. 33.* sic scribens. Mulier quædam sortilegii suspecta & ob id in carcerem detrusa, audita & interrogata à judice competente super crimine, multa sponte fatetur, quibus criminis non tantum vehementer suspecta sed & convicta esse videtur. Fatetur enim imprimis se bis & pluries interfuisse nocturnis maleficorum conventiculis; Item fatetur fidem & religionem Christianam prius abnegasse eique & sacramentis omnibus

 renun-

renunciasse, simulque sacrilegam professionem per expressum pactum fidelitatis cum dæmonibus emisisse. Fatetur denique se homagium Diabolo inter maleficos consuetum præstitisse, horrenda quæ dæmonibus litant, sacrificia peregisse, grandines excitasse, multaque alia ejusmodi. Interrogata verò an in ejusmodi conventiculis epulata fuisset, an choreas duxisset & saltationes, denique an carnalibus spurcitiis cum incubis dæmonibus sese polluisset? obmutescit omnino. Rursus interrogata & sciscitata cur ita obmutescat? Signis demonstrat se non posse loqui, gutturque ostendit prodigiosum in modum intumescens. Quamobrem intermissis interrogatoriis per aliquot horas, cum ad pristinam sanitatem reversa esse videretur, & interrogaretur unde illud esset, quod non potuisset loqui? respondit se à dæmoniis esse obsessam, qui eam ita usu vocis privaverant ne veritatem confiteretur. Interrogata verò quomodo id contigisset, ut à dæmoniis obsideretur? Respondit, ex maleficio cujusdam sortilegi (quem nominabat) id sibi accidisse; qui quidem dato pomo & ab eo perinde comesto, duos dæmones in eam immiserat (quod & sortilegus ille jam tum in alio carcere reclusus iisdem penè verbis fassus est. Item interrogata quo tempore id factum esset? narrat sigillatim, sed ita tamen ut ex ejus dictis non facilè colligeretur; an pomum illud jam ipsa comedisset, antequam pactum illud prænarratum fecisset cum Dæmone, & antequam conventiculis illis nocturnis unquam interfuisset. Interrogata iterum an in illis nocturnis conventiculis dæmoni incubo sese subjecisset & prostituisset, rursus obmutescit, sed capiti annuit ac si fateri voluisset. Interrogata autem quoties? duobus digitis sinistræ manus paululum erectis, demonstrat bis id factum fuisse; Tandem cum ex his aliisque circumstantiis multis signis satis evidentibus revera constaret, eam esse dæmoniacam & ab immundis spiritibus obsessam, procurat judex ut omnibus modis ab Ecclesia Catholica approbatis, dæmonia illa ejicerentur, quod tandem divina id concedente gratia, piis quorundam sacerdotum precibus jejuniis & exorcismis obtine-

obtinetur. Cumque omnino liberata esset, & judici ipsamet significasset, se post adhibitos exorcismos à dæmonibus dimissam esse —— iterum & sæpius interrogata omnia supra dicta sponte & ingenuè fatetur, confessionesque præcedentes ratificat. Illud tamen addit (ad sui exonerationem) se postquam obsessa fuisset, ad nocturna illa conventicula sortilegorum, nescio quomodo, per aera transvectam fuisse, eaque omnia quæ ibi cum cæteris maleficis egisset, præter voluntatem accidisse, opera dæmonis obsidentis. Dubius itaque judex quid in eam statueret, tandem quæstionibus eam supponi jubet, eo ut creditur animo ut ab ea veritatem erueret, super hoc facti dubio, *an scil. jam tum cum dæmone pactum illud solenne iniisset, cum pomum illud maleficum comedisset, quo mediante à dæmoniis fuerat arrepta?* Ex quo decreto, interjecta deinde appellatione, dubitatum fuit in Senatu Dolono, quid decernendum foret? & excussa tandem principaliter illa est quæstio, *An, posito, quod jam tunc esset obsessa, imputanda sint hæc tam horrenda & detestanda crimina dæmonibus obsidentibus, an verò huic mulieri obsessæ, ita ut eorum nomine de ea supplicium sumendum sit?* Qui tandem conclusit mulieris hoc crimen esse proprium, eique soli tribuendum & imputandum, ob rationes à Grivello *d. Decis. 3. n. 14. & seqq.* adductas, adeoque & ipsi pœna mortis fuit imposita absque tamen bonorum confiscatione. Et rectè cum docente Chrysostomo: suggerere quidem possit Diabolus sed non cogere.

§. 23. Quando verò lamia muta est & planè linguæ usum non habet, sanè res non minimæ difficultatis est ut veritatis confessio eliciatur, poterit tamen ea elici hisce modis. Aut enim callet scribere, & cogenda est ut in scriptis respondeat. Quemadmodum enim vivæ vocis confessio obligat, ita etiam ex propria scriptura quis adstringitur, cui contravenire non potest. *arg. l. 10. C. qui testam. fac. non poss.* add. Rutger Ruland *de Commissar. lib. 2. cap. 16. de Exam. Test. n. 3.* Sin vero malefica neque legere neque scribere potest, hoc casu, vel metuens fortassis extortum iri confessionem suam linguam sibi

 amputa-

amputavit, quale exemplum memorat in casu parricidii Oldekopp. *Obs. Crim. 42. tit. 4.* & tunc pro confessa erit habenda. Vel etiam naturâ muta est, vel alio casu lingua ei fuit abscissa, & tunc per signa poterit interrogari & respondere. Quod si verò judex talia signa ignoret, adhibendi erunt duo interpretes, qui frequenter cum tali muto sunt conversati: & de quibus est verisimile quod perfectè eam intelligant, tuncque actuarius illius nutus, actus & signa scirbere & diligenter annotare debet. Mar. in Vran. *in Lecturis d. Test. ad rubr. p. 83. n. 20.*

§. 24. Tandem observandum, quod si fortè contingat, ut lamiæ â summo Principe gratia fiat, vel alia quædam subsit circumstantia, propter quam pœna solum locum habere possit extraordinaria, nihilominus tamen matrimonium rescindi. Nam si adulterium vel sodomia cum bruto commissa hoc efficit, quidni idem efficiet sodomia Diabolica? Et sic pronunciarunt Scabini Lipsienses Mens. Nov. An. 1613. in causa Curt Puchenß zu Meinungen. Ob nnn gleich gedachtes sein Eheweib noch am leben / und sonsten die Landes verweisung die Scheidung der Ehe nicht mit sich bringet / dieweil es aber mit gedachten Curt Puchenß Eheweibe diese Gelegenheit hat / daß dieselbe eine Zauberin / mit den Teuffel umgangen und zu schaffen gehabt / und unmenschliche unnatürliche Unzucht getrieben / deßwegen ihr auch die Todes Straffe zu recht erkant / dieselbe aber wegen deß langwierigen Gefängniß und auß andern Ursachen an ihr nicht vollstrecket worden. So mag auch obgedachter C. P. seinem Eheweibe länger beyzuwohnen nicht gedrungen werden / sondern es wird ihme alß den unschuldigen Theil / wofern er sich ohne Gefahr seines Gewissens / ausser dem Ehestand nicht länger enthalten mag / darzu er doch fleissig zu vermahnen / und anzuhalten / seiner Gelegenheit nach sich anderweit zu verehligen billich verstattet.

B. R. W.

CAP.

CAPUT VI. ET ULTIMUM

De Affinibus atque Contrariis.

COMPENDIA.

1. *Mulieres quæ juvenes in hirco advehi curant similes sunt lamiis cum dæmone concumbentibus.*
Circa pœnam iis infligendam distinguitur.
2. *Ex pacto cum Diabolo à lamiis inito præsumitur concubitus.*
Promittitur formula pacti cum Diabolo à Galliæ quodam Duce initi adjicienda.
3. *Qu. an dæmon virgini dormienti & ignaræ semen aliunde sumtum sine congressu & virginitate incorrupta infundere possit? Tractatur remissive.*
4. *Lamiarum impietati contrariatur earum deprehensa in processu innocentia.*
Quomodo lamiæ sint absolvendæ, traditur.
Quacunque ratione absolutæ urphedam præstare coguntur.
5. *Juramentum purgationis eis non decernitur.*
6. *Saga ad asylum confugiens inde extrahi potest.*
Atrocissima delicta committentes asylorum jure non utuntur.
Concluditur Tractatus, adjiciturque formula pacti Diabolici promissa.

§. I.

AFfinitatem cum lamiis nefandissimam cum dæmone exercentibus libidinem habent mulierculæ, quæ juvenes ut eorum amore potiantur in hirco advehi curant, welche die jungen Gesellen auf dem Bock holen lassen. Ubi tamen quoad pœnam infligendam probè observandum, an ipsa hoc fecerit venefica magicisque ad hoc usa sit artibus, expressumque præterea cum Diabolo fecerit pactum, & dubium non est eam cadere in primum casum sæpius allegatæ constitutionis Saxonicæ *p. 4. c. 2.* & flammis esse mancipandam. Si vero nullum adest fœdus; aut nocitum fuit adolescenti, & pœna gla-

dii locum habebit, aut nullum ei illatum est damnum & pœna fustigationis saltem obtinebit. Coler. *p. 1. Decis. 180. n. 14.* Berlich. *p. 4. concl. 5. à num 61. ad usque 68.* Consentit Carpz. *p. 4. c. 2. d. 9.* qui & præjudicio hæc confirmat, quod sequens. Hat die Gefangene H. P. bekant und gestanden/ daß sie durch Zauberey indeme sie Kräuter gekocht/ und gewisse Wort dazu gesprochen/ Urban Volcken einen Baursman/ vom Dorffe hinein in ihr Hauß aufm Bocke holen lassen/ zu dem ende daß er ihres Willens mit ihr pflegen solte/ so er aber alß er zu ihr bracht worden/ nicht thun wollen/ hätte sich ausser diesen niemahls der Zauberey beflissen/ noch jemand dadurch Schaden gethan ꝛc. So wird sie ihrer verbrechung wegen mit Staupen schlägen deß Landes ewig billig verwiesen. V. R. W.

§. 2. Porrò ut ut non omnes lamiæ cum dæmone pactum quæ inierunt, etiam corpora sua Diabolo prostituant, illud tamen certum est, quod ex hoc pacto uti jam supra *cap. 2. §. 4.* monitum oriatur præsumtio concubitus Satanici. Unde & rectè scribit Augustinus citatus à Thummio *p. m. 8.* hoc modo. *Omnes artes hujusmodi, vel nugatoriæ vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestiferâ societate hominum, quasi pacta dolosæ & infidelis amicitiæ, constituta.* Et quid mirum? cum pactum hoc defectionem à Deo totalem secum ferat, & ex confessione sagarum ac magorum constet, quod ut primum sese in potestatem dæmonis permiserint, confestim Deo, fidei Christi, & sacro baptismati nuncium mittant, & nexu tam arcto se Diabolo devincire cogantur, ut ex propriis naturæ viribus ad Deum redeundi omnis præripiatur libertas. Placuit hinc, ut detestandi hujus vinculi horrenda formula, quâ se dæmoni mancipasse fertur quidam Galliæ Dux omnes à tam nefando crimine absterreat, eam in calce Dissertationis adjicere, quò lectorem ablegamus.

§. 3. Cæterum ad quæstionem quod attinet, *an dæmon virgini dormienti & ignaræ aliunde sumtum verum & fœcundum semen sine congressu carnali, virginitateque incorruptâ infundere queat?* sicco eam præterire lubet pede; illud solum notantes affirmati-

firmativè eam decidere Paul. Zach. *Qu. Med. Legal. lib. 3. tit. 1. qu. 8. n. 9.* in verbis. *Accepeissimum insuper est, quod de incubis & succubis referunt multi Catholici, & profani etiam scriptores, neque à sacris dogmatibus dissentit, dæmones nimirum qui viri officium in mulieres, mulieris viris subjacendo exercent, ex qua conjunctione mulieres posse concipere, & aliquando cum effectu concepisse notissimum est. —— Imò opera incuborum posse quæ erat virgo concipere docet Delrius & alii.* quibus an per omnia subscribendum dubii hæremus.

§. 4. Ad contraria quod attinet, sciendum quod sagarum impietati è regione opponatur earum in processu deprehensa innocentia, quam tamen demonstrare ac probare admodum iis difficile est, cum tunc demum de ea certi esse queamus, si accusatorem judicemve calumniatum esse ostensum fuerit, quo casu absolutio quoque totalis locum habebit. Quod si verò indicia quibus gravata erat per torturam vel aliis modis purgaverit, absolvenda quidem erit, sed non simpliciter definitivè sive à crimine ipso, sed tantum ab instantia sive à judicii observatione. Et ita sentiunt Jacob. Menoch. *lib. 1. de præsumpt. qu. 93. in fin.* Zanger. *in tr. de Quæst. & tortur. cap. 5. n. 2.* Confirmatque hoc sententia Scabinorum Hallensium paucos ante annos in tali casu ad requisitionem Judicii Jenensis lata, quæ hæc est. Alß sie/ uns fernerweit gehaltene Registraturen, und einer Zeugen Eydliche Aussage/ auch anderweit geführte Defension H. SW. wegen seines Eheweibes/ B. SW. verdächtiger Hexerey halber/ in denen dißfals wieder sie geführtten Actis Inquisitionalibus, nebst einer Frage/ zugefertiget/ unsere Rechtsbelehrung ihnen darob zu ertheilen gebeten: demnach Erkennen und sprechen wir Churfürstliche Brandenburgische des Hertzogthumbs Magdeburg Schöppen zu Halle/ nach fleissiger verleß- und Erwegung derselben/ vor Recht;

Weil durch die scharffe Frage/ wormit sie/ vermöge Urtheils/ in Actis fol. 35. beleget worden/ die wieder dieselbe entstandene Indicia abgelehnet/ auch die nachhero sich gegen sie herfür gethan der Beschaffenheit nicht seyn/ daß ferner wieder

was peinliches vorgenommen werden möge / so ist in mangelung kräfftiger Anzeigungen / sie der Hafft vor dieses mahl zu erlassen / doch die dißfals auf den Inquisitions Process gegangene Unkosten / nach vorhergehender liquidation und billich mässiger Einrichtung / abzuführen verbunden / worbey ihr dann ernstlich anzudeuten / hinführo aller abergläubischen Dinge bey vermeldung nachdrücklicher Bestraffung sich durchauß zu enthalten. Von Rechts wegen. Urkündlich mit unserm Insigel versigelt. Ratio est, quia cum res adhuc sit dubia an nocens sit nec ne, non potest ferri sententia certa & definitiva. Nec ad rem facit, quod desinat res jam esse dubia, ex quo indicia purgavit, quia de indiciis ex quibus gravata & torturæ subjecta fuit, solùm se purgavit, non etiam quod innocentiam suam planè demonstravit, unde & non potest absolutè absolvi, sed manet publica vindicta, si convicta aliundè fuerit, novis adinventis indiciis vel probationibus indubitatis vid. Joan à Sande *lib.5. Decis. tit. 10. def. 14.* Peretz. *in Prælect. ad tit. Cod. de Quæstion. n. 29.* Quam sententiam suam quoque facit Bodin. *l. supr. cit. p. m. 415.* in verbis: *Atque hæc causa est cur virum magicarum sortium accusatum nunquam planè absolvi convenit, nisi accusatorem judicemve calumniatum esse luceat meridie clarius: horum enim scelerum probatio adeò abstrusa & difficilis est, ut ex centenis magorum millibus ne unus quidem accusaretur aut pœnas lueret si defecti probationibus adversarii ad ordinarias judiciorum leges cogerentur.* Sed quacunque demum ratione absolvatur lamia, non aliter nisi præstita urpheda sive cautione juratoria eine geschwohrne Urphed / vinculis dimitti solet, & quidem ita ut expensas judiciales refundere teneatur. Neque enim legitimè torta postea verò vinculis dimissa ulla actione judicem poterit convenire, licet innocens fuerit deprehensa. P. H. O. *art. 61.* ubi simul hujus decisionis additur ratio, quod scil. sibi imputare debeat, quod sinistræ huic suspicioni facto suo ansam præbuerit.

§. 5. Sed an & juramento veneficii seu magiæ rea se purgare possit, quæstio est altioris indaginis. Affirmativè

eam

eam decidit Godelm. *d. tr. lib. 3. cap. 4. n. 8.* ſtatuens juratoriam purgationem in omnibus criminibus imprimis etiam in præſenti locum habere, qui & ad pleniorem formulæ juramenti purgationis declarationem ſequentem ſententiam ſubjicit. In Sachen angemaſſeter purgation zwiſchen dem Richter und Gericht zu A contra B. iſt zu recht erkant / möge und wolle gemeldete B. ein Eyd zu Gott und auf das H. Evangelium ſchwehren / daß ſie niemahls mit Zauberey ümbgangen / auch dieſelbe nicht zum Schaden und Untergang der Menſchen oder Vieh gebrauchet / das ſoll gehöret werden / und alßdan ſie thue das oder nicht ferner ergehen was recht iſt. Tandemque addit, quod juramento præſtito abſolutio ſequi debeat, & pro juramento tantiſper præſumendum ſit, donec poſtea ordinaria actione inſtituta de mendacio & perjurio convincatur. Sed vereor an judex ſalva conſcientia ſagis juramentum purgationis deferre poſſit, hoc præſuppoſito, quod indicia ſat gravia contra diffamatam perſonam ſint exorta: accedit quod ſuſpectis de perjurio juramentum non ſit deferendum *can. ille qui hominem 22. qu. 5.* ubi dicitur: *eum qui hominem provocat ad jurandum, & ſcit eum falſum eſſe juraturum vincere homicidam; quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imò duas animas, & ejus quem jurare provocavit & ſuam.* Cum verò ſagæ ſemper de perjurio ſint ſuſpectæ, & conſcientia ipſarum veneficii imputatione ita ſit inficiata, ut vix, imò ne vix quidem ſcintillula integritatis ſuperſit, utique non ſine maximo periculo ſuæ quoque ſalutis, judex eis juramentum deferret.

§. 6. Tandem quæritur, an ſaga ad Eccleſiam vel aſylum aliquod confugiens, inde extrahi poſſit? Quæ quæſtio negativè reſolvenda videtur propter *l. 6. & t. t. Cod. de his qui ad Eccleſ. confugiunt cap. 3. & penult. X. de immunitat. Eccleſiar. c. ſicut antiquitus 17. qu. 4.* Sed cum aſyla immunitatem ab invaſoribus non præſtent iis qui atrociſſima commiſerunt crimina, inter quæ meritò crimen veneficii ponitur, eaque non aliter locum habeant niſi caſu quodam & involuntariè delicta fuerint commiſſa, ſanè ſagas ad Eccleſias aliaque loca confugientes

gientes utique tutæ non erunt vid. Perez. *ad d. tit. C. n. 5.* add. Philipp. *ll. 7. Pr. lib. 1. Ecl. 42. per tot.* ubi docet quod domus Dei non debeat fieri ſpelunca latronum; multò minus igitur lamiarum. Et rectè! quem enim latet aſyla ab initio eum tantum in finem introducta eſſe, ut reciperentur qui non tam ſcelere noxii, quàm humana imbecillitate lapſi veniam & miſerationem potius quam pœnam merentur *Nov. 17. c. 7. Nov 37.* ubi non *τοῖς ἀδικȣ̃σιν ἀλλὰ τοῖς ἀδικȣμένοις* jus aſyli dari debere conſtitutum. Unde & Jus divinum. *Num 35. verſ. 11.* illis ſolum aſyliam dare jubet, qui *ἀκȣσίως* ſanguinem effuderunt vid. Selden. *de Jur. N. & G. lib. 4.* *Quibus innocens eſt animus, irata fortuna.* Et de quibus verum quod Oraculum vetus habet.

Carum occidiſti, dum vis ſuccurrere. nullum
Crimen habes. manus eſt tibi purior ac fuit ante

adeo ut excludantur atrociter delinquentes, utpote ſicarii, virginum raptores adulteri & alii, cum ſint graviora delicta quam ut illis hac ratione parci debeat *Nov. 17. c. 7.* Vid. H. Grot. *d. J. B. & P. lib. 2. c. 21. n. 5. & 6.* Rittershuſ. & Myler. *in Tr. de Aſylis* add. Brunnemann. *ad l. 2. C. d. his qui ad Eccleſ.* Et ſic fit finis. Sequitur pactum illud cujus antea facta eſt mentio, an verò Dux ille Galliæ cujus nomen hic ſtudio ſupprimimus revera illud cum Dæmone pepigerit dubitamus, cum è vinculis illum fuiſſe dimiſſum priſtinæque libertati per omnia reſtitutum affirment non pauci. Interim tamen certum eſt horrendum illud eſſe, eumque qui illud cum Dæmone pepigit (quisquis demum ille fuerit) niſi pœnitentiam egerit æterni exitii ſe feciſſe participem & in ſempiternum ſe præcipitaſſe ignem.



Pacta

Pacta und Gelübdnüß

Einer

Zu Pignerole vor einigen Jahren gefangen gewesenen

Hohen Person /

So dieselbe

Mit dem leydigen Satan soll haben getroffen.

Zu Vorstellung dieser abscheuligen Sünde hieher gesetzet.

SOlst du / Lucifer / mir alsobald bahr hundert tausend Pfund an Geld einhändigen.

2. Alle erste Dienstag eines jeden Monats tausend Pfund lieffern.

3. Sol dieses Geld / so du mir bringen wirst / geb und gangbar seyn / also und dergestalt / daß nicht allein ich / sondern auch alle / denen ich davon geben werde / solches zu ihrem Nutzen anwenden und gebrauchen können.

4. Besagtes Geld sol nicht falsch / oder betrüglich / noch von einer solchen Materia seyn / welche unter der Hand entweder wieder verschwindet / oder zu Stein / Kohlen und dergleichen wird / sondern es sol dasselbe von solchem Metall seyn / welches von Menschen Händen gepräget worden / und in allen Orten und Ländern / wo es auch hinkommen mag / gültig und gangbar seyn.

5. Wofern ich eine gute Summa Gelds vonnöthen haben würde / es möchte auch seyn zu was für einer Zeit / oder zu was für einem Gebrauch es immer wolle / so sollest du obligirt und verpflichtet seyn / mir verborgene oder vergrabene Schätze einzuhändigen / und zwar nicht also / daß ich dieselbe an dem jenigen Ort / wo sie verborgen / oder vergraben seyn / selber erst holen müste / sondern du solst mir selbige / ohne einige meine Mühewaltung / an den jenigen Ort / wo ich mich zur selben Zeit aufhalten und befinden werde / zu Handen lieffern / darmit nach meinem Belieben und Gefallen zu schalten und zu walten.

6. Solst du mich weder an meinem Leib und Gliedmassen beschädigen / noch an meiner Gesundheit angreiffen / sondern mir dieselbige ohne einige menschliche Schwachheit fünfftzig Jahr lang unversehrt erhalten.

7. Wofern ich aber ja / wider Verhoffen / in einige Kranckheit fallen solte / und du solches nicht verhindern köntest / so solt du mir heilsame und bewährte Artzney-Mittel verschaffen / und zu meiner vorigen Gesundheit / so bald es immer möglich seyn wird / wieder verhelffen.

8. Die Jahr / auf welche wir uns miteinander vergleichen werden / sollen in zwölff Monaten / wie es nicht allein hier in Franck-

reich /

reich/sondern auch in der gantzen Welt gebräuchlich ist / bestehen/ und zwar jeden Monat zu 30. oder 31. Tagen/ein Tag und Nacht zu 24. Stunden gerechnet. Diese Zeit sol sich anfangen heut Dato den ..... dieses 1676sten Jahrs und sich endigen eben diesen Tag deß 1727. Jahrs/also und dergestalt/daß im geringsten nichts von dieser Zeit abgehe/ und du mir dieselbe verkürtzest / oder eine falsche und verkehrte Rechnung und Außdeutung (wie du wol ehemahlen andern zu thun pflegen) daher machest.

9. Wann nun diese Zeit allerdings verflossen und außgelauffen/ solst du mich/nach dem gemeinen Lauff der Natur / wie alle andere Menschen / jedoch sonder grossen Schmertzen und Quaal / auch ohne Spott und Schand sterben lassen / und nicht verhindern / daß mein Leib ehrlich zur Erden bestattet werde.

10. Solst du mich beym König / wie auch bey allen vornehmen Herren/in Summa/ bey Groß und Klein / Hohen und Niedern / Mann und Weibs-Personen/beliebt und angenehm machen/so daß ich ihrer Gunst und Gewogenheit jederzeit versichert seye / und sie mir in allem / was ich an sie begehren werde / unverweigerlich willfahren mögen.

11. Solst du mich/ selb ander / an alle Ort und Ende der Welt / wohin ich verlange/sie seyen so weit abgelegen/als sie wollen/ unbeschädiget führen / und mich derselben Sprachen alsobald kündig machen/daß ich dieselbe fertig reden könne/ auch / wann ich meiner Curiosität ein Genügen gethan / unversehrt wieder zuruck in meine Wohnung bringen.

12. Solst du obligirt und verbunden seyn / mich für allem Geschoß/als nehmlich/Stücken/Bomben / Feuer Mörsern / Granaten/Mußqueten/Pistolen / Feuer Röhren / und allem anderm Gewehr und Waffen/ sie mögen auch Nahmen haben / wie sie wollen/ zu bewahren/daß mich keines derselben berühren/ noch mir an meinem Leib und Gliedmassen einigen Schaden zufügen möge.

13. Solst du mir behülfflich seyn / alle so wol deß Königs offentliche / als meine particulier-Feinde zu überwinden / und über sie zu triumphiren.

14. Solst du mir einen Ring verschaffen / und zuwegen bringen/

gen/welcher mich / so offt ich denselben an den Finger stecke / unsichtbar und unüberwindlich mache.

15. Must du mir in allen Stücken/so ich dich fragen werde/gewisse/warhafftige und gründliche/nicht aber verkehrte/zweiffelhaffte/ oder zweydeutige Nachricht ertheilen.

16. Solst du mich für allem/was wieder mich ingeheim vorgenommen und angesponnen wird/ zeitlich warnen / mir auch Mittel und Wege an die Hand geben/ solche wieder mich gemachte Anschläge zu hintertreiben und zu nichte zu machen.

17. Solt du mich alle Sprachen/so ich verlangen werde/lesen/reden und außsprechen lehren / und zwar so gut und perfect / als ob ich derselben von Jugend auf kündig gewesen wäre.

18. Solst du mir Klugheit / Witz und Verstand verleyhen / von allen Sachen vernünfftig zu discuriren und ein Urtheil darüber zu fällen.

19. Solst du mich vor allen Gerichten und Rathsstülen des Königs / darvor ich möchte citirt und geladen werden / wie auch dem Päbstl. und Canonischen Recht präserviren und vertreten.

20. Solst du mich / und mein Haußwesen verwahren / daß weder Einheimische/noch Frembde mir dasselbige angreiffen oder etwas davon entfrembden/sondern solches unversehrt erhalten.

21. Sol mir zugelassen seyn / daß ich dem äusserlichen Schein nach als ein guter Christ/mein Leben führen/ und dem offentlichen Gottesdienst / ohne einige deren Verhinderung beywohnen möge.

22. Solt du mich die Universal-Medicin präpariren und zurichten lernen / mir auch den rechten Gebrauch derselben / und die Dosin oder das Gewicht / wie viel man einer Person davon eingeben sol / sagen.

23. Wofern ich in jrgend einer Occasion / Scharmützel oder Gefechte / an meiner Person attaquirt und angegriffen werden solte / solst du mir zuforderst / und vor allen Dingen Hülff und Beystand leisten.

24. Solst du verhindern / daß niemand / wer es auch seyn mag / diesen unsern gemachten Accord und Vertrag innen werden / oder erfahren / viel weniger aber entfrembden oder zu Handen bekommen könne.

25. So offt ich deiner begehren werde/sollst du mir in einer lieblichen und angenehmen/keines Wegs aber in einer erschröck- und abscheulichen Gestalt erscheinen.

26. Solst du mir Mittel verschaffen / das Gedächtnuß zu erhalten / und zu stärcken / und dieses nicht nur für meine Person / sondern daß solche auch allen und jeden Menschen/denen ichs mittheilen werde / helffen thue.

27. Solst du mir zusagen und versprechen / daß du alle obangeführte Puncten/und einem jeden insonderheit/unverbrüchlich halten/ und diesem allem fleissig nachkommen wollest: Wofern du aber an einem den geringsten fehlen / oder dich hierinnen säumselig erzeigen würdest/ so sol alsdann dieser Pact und Vertrag null und nichtig / und von gantz keinen Kräfften seyn.

28. Dahingegen gelobe und verspreche ich / dir nicht allein unterschiedliche Manns- und Weibs-Personen in deine Gewalt zu lieffern / sondern verläugne auch Gott die Allerheiligste Dreyeinigkeit / und kündige derselbigen den Bund / den ich in der Tauff mit ihr gemacht habe/gäntzlich auf/ trette hergegen mit dir in eine newe Verbündnüß/und ergebe mich dir mit Leib und Seel immer und ewiglich.

Sed væ animæ tuæ! væ corpori!